 opposito distinguuntur | & minor patet quo ad vtramq; ptez  
 quia cum per rationem deitatis intelligamus communiter ali-  
 quid : quo melius cogitari non potest. sequitur | qd si essent duo  
 dij p rationem deitatis : qd essent simpliciter equales. pro secun-  
 da pte probatur minor : quonia species sunt sicut numeri | sed  
 impossibile est duos numeros specie differentes esse equales :  
 ergo impossibile est tales duos existere specificè differentes.  
**C**onfirmatur ratio. **O**rdo specificus sequitur ordinem numero-  
 rum | sed constat qd numeri sunt adinuicem subordinati | ergo du-  
 o dij specie differentes si essent | adinuicem essent ordinati | & hoc  
 est impossibile | ergo & illud ex quo sequit. minor pbatur. que-  
 cunq; subordinant | sic se habent qd vnū est eminenti contenti-  
 uum alterius | sed impossibile est vnum deum alterius esse con-  
 tentiuum | ergo impossibile est adinuicem subordinari | p qd sequens

impossibile est eos specie differre. ¶ **C**onclusio quinta. Et cō-  
 cordant cum petro de candia scotus & iohānes de ripa. Non  
 est possibile duos deos existere numeraliter ad inuicem distin-  
 ctos. tū propter sūmā simplicitatem cui repugnat plurifica-  
 ri. tū propter repugnanciā voluntatum. pono q̄ vnus vult cre-  
 are nouum mūdum. alter non vult. quero ergo si potest sibi re-  
 sistere. vel non. si non. ergo non est omnipotens sed p̄uipotēs  
 seu nullipotens. si resistit & potest. ergo alter ē minor eo. ideo  
 non est deus quia impotencior. tū eciā propter deitatis imē-  
 sitatē. cui repugnat non existere in quolibet existente. quia cū  
 deus est omnipotens. imensus. tunc est vbiq̄. & sic vn̄ esset  
 in alio contra prius dicta & probata. Preterea. si essent plu-  
 res dy. sint ergo tres. aut sunt equales. tunc duo superfluum  
 & essent ociosi. deus nāq̄ & natura non faciunt frustra aliqd  
 quia pluralitas non est ponenda sine ratione & necessitate. ij.  
 phisicorum. Et. ij. de anima. Deus est natura non deficit in  
 necessarijs nec superfluit ic̄. Aut sunt inequales in potencia.  
 scilicet. sit vnus magnus. alter maior. tercius maximus. tunc  
 vltimus expellit duos minores de regno. Item si non sunt eq̄-  
 les ergo sequitur q̄ vnus dependet ab altero. per consequens  
 ille dependens deus. non est summum bonum. nec prima cau-  
 sa nec primum ens. & ita non est deus. cum per deum intelli-  
 gimus id quo melius excogitari non potest

**N**unc restat probare tm̄ vnū deū esse per decem  
 octo principia artis generalis. que sunt. bonitas. ma-  
 gnitudo. duratio. potestas. sapientia. voluntas. vir-  
 tus. veritas. gloria. differentia. concordancia. cōtra-  
 rietas. principium. medium. finis. maioritas. equalitas. mmo-  
 ritas. ¶ **P**rimo sic arguitur. Si sunt plures dy. nulla bonitas  
 potest esse. in finita ratione bono infinito quod agat bonum infi-  
 nitum. cum nulla potestas talem infinitam rationem possit su-  
 stinere. ¶ **S**ecundo si sunt plures dy. habentes vnicam ratio-  
 nem & potestatem finitam. tunc nullus eorum est deus. cum  
 dicamus deum esse infinitum ratione bonitatis. potestatis. &



eternitatis & cetera | sed probatū est deum esse | qualem descrip-  
 simus per infinitatem | ergo vnus deus tm̄ est. ¶ Tercio sic Si  
 sunt plures dy | magnitudines eorum essenciales ita se habēt  
 q̄ vna aliam terminat et impedit q̄ non sit infinita. neq̄ am-  
 biat omnes extremitates essendi | & sic nullus est deus | cum  
 deus sine infinita magnitudine esse nō possit. ergo tm̄ est vnus  
 deus & non plures. ¶ Quarto sic. Si sunt plures dy | actus  
 diuine bonitatis. magnitudinis. eternitatis. potestatis. sapien-  
 cie. & voluntatis non durant in aliquo infinito & eterno. &  
 sic sunt ociosi | ergo tm̄ vnus deus est. ¶ Quinto sic. Si sunt  
 plures dy. nulla potestas potest esse ratio per quam aliquod  
 ens possit esse infinitum per essenciam & per agenciam | & sic  
 nulla potestas est infinita. sed si non est nisi vnus deus | pote-  
 stas est infinita quam probamus esse deum | igitur. ¶ Sexto  
 sic. Si sunt plures dy. quilibet ipsorum intelligit se quan-  
 tum & finitum | cum plures essencie infinite esse non possunt  
 & quia quantitas & finitas non possunt esse de ratione dei.  
 sequitur q̄ sit tm̄ vnus deus. ¶ Septimo sic. Si sunt plures  
 dy | quilibet ipsorum diligit cum infinita voluntate | cum hoc  
 sit de ratione infiniti dei q̄ infinite diligit. quia voluntas non  
 haberet subiectum neq̄ obiectum | in quo quiescere posset infi-  
 nite. & quia sine quiete infinita nullum ens possit esse deus er-  
 go. ¶ Octauo sic. Si sunt plures dy | nullus eorum habet vir-  
 tutem infinite bonitatis. magnitudinis eternitatis & cetera | &  
 quia virtus infinita est de ratione deitatis vt probatum est | er-  
 go tm̄ vnus deus est. ¶ Nono arguitur sic. Si plures dy  
 sunt | quilibet veritas eorum est finita. & quia de proprietate  
 dei est. q̄ habeat veritatem infinitam vt probatum est deum  
 esse. sequitur ergo q̄ tm̄ vnus est deus. ¶ Decimo arguitur  
 sic. Si sunt plures dy | quilibet eorum habet gloriam finitam  
 cum gloria vnus terminet gloriam alterius. que finitas glo-  
 rie erit ei ratio q̄ habeat penam infinitam. cum ad deum perti-  
 neat habere gloriaz infinitam. Vnde cum sit impossibile q̄ in  
 essencia dei sit pena. sequitur de necessitate q̄ sit vnus de? tm̄

**Undecimo** sic. Si sunt plures dii eorum essentie essent differētes| existente. sub vna generali diuina essentia| quod est iposibile| cum non sit de ratione diuine essentie coexistere sub aliquo| sed supra omnia | & sic nullus iporum esset deus| sed deus ē. ergo tm̄ vnus ē. **Duodecimo** sic. Si essent plures dii| cōcordantia in finite & eterne bonitatis| magnitudinis| potestatis &c non haberet subiectum vnum in q̄ esset| sine qua deus esse non potest. **Vnde** cum deus sit. sequitur q̄ tm̄ vnus sit in quo talis concordantia reperitur. **Tredecimo** sic. Si sunt plures dii possibile est in ipsis contrarietatem esse per bellum| odium inuidiā & similia. cum sint specie differentes diuersarum voluntatum que extendunt se ad opposita| sed ista cum vero deo & eterno infinito| optimo bono stare non possunt. sequitur ergo q̄ sit vnus solus deus. **Decimoquarto** sic. Si sunt plures dii. nullum principium est ante omnia. sed sunt plura principia generalia que sunt ante omnia. & quodlibet esset ante alia. & non an̄ alia. quod est contradictio. & quia in deo cōtradictio stare nō potest. sequitur q̄ sit vnus deus tm̄. **Decimoquinto** sic. Si sunt plures dii. erit dare medium inter vnum deum & alium. aut esset mixtio eorum vnius cum alio. & sic aut essent compositi. aut esset vacuum inter vnum & alium. sed quia ista cum natura diuina stare non possunt. concluditur ergo de necessitate vnum deū esse tm̄ &c. **Sedecimo** sic. Si sunt plures dii. in nullo sine erit quies infinita. sed q̄ quies infinita est de ratioe deitatis. sequitur ergo q̄ vnus sit deus in quo talis quies inueniatur. **Decimoseptimo** sic. Si sunt plures dii. aut sunt equales aut inequales. Si equales tunc sunt equales per finitas essentias. bonitatis. magnitudinis. eternitatis. potestatis &c et sic sunt distincte quātitates. quod est iposibile. Si vero sunt inequales. tunc vnus est maior. alter minor. & sic inferior non est omnipotens. nec infinitus. ergo relinquitur q̄ vnus sit tm̄ deus.

Articul⁹ scđs de fide sancte trinitatis in vna deitatis effenciã.

**I**n lūme naturali poete et p̄bi sanctã trinitatē cognouēnt fore ī  
deitatis natura & ī suis libris sn̄ialit̄ reliq̄rūt. **VARO** m li.  
bucolicorū egloga. viij. d̄m̄dās trinitatē ait. Numero de⁹ ipa-  
re gaudz. vñ sicut numer⁹ ipar ī duo eq̄lia ñ potest diuidi. sic  
nec de⁹ recipit sectiōz p̄ d̄mutacōz. **MAZO OVJO IVS**  
libro. iij. d̄ vetula **C**ōfiteor q̄ dicta fides q̄ plurima ponit  
Obuia nature. sed adhuc ibi questio restat  
Difficilis de qua surgit dubitatio maior  
Nam de predictis quidam dixerē prophētis  
Qd̄ deus est trimus. & q̄ nichilominus vnus  
Non tamen hoc verbum. soli dixerē prophēte  
Sed quidam de philosophis qui pauca locuti  
Magna sub esse suis voluerunt pondera dictis  
Equibus in medium veniat famosior vnus  
Inquit aristotiles grecorum philosophorū princeps  
Et domuus. veriqz perhenis amicus  
Res omnes sunt tres. numerus ternarius in re  
Qualibet existit. nec nos extraximus istum  
A nobis numerum. sed eum natura docet nos  
Nam per eum numerum similes res. dicimus omnes  
Esse creatori. per eum quoqz nos adhibemus  
Significare deum. qui quāuis sit deus vnus  
Est tamen & trimus. sic dixit. nescio cuius  
Doctrine precepta sequens. aut nescio cuius  
Philosophi zelans vestigia. siue prophēte  
Dixit q̄ trimus. nec dixit. quomodo solum  
Dixit q̄ sic est qui dictis vsus vbiqz  
Aut rationibus aut cogentibus. arguqz mentis  
Hic autem nulla fultus ratione. velut si  
Texeret histoziam. solum sic esse canebat  
Et quasi per calamum plumbi fortasse locutus  
Spiritus est per eum. vesanaqz pectora verbum  
Euomere nouim. quod non conceperat ipse  
Ac si nec super hec omnia tacere valeret

Nec quod dicebat plene cognoscere posset  
In quo sic illo famoso deficiente  
Non confundar ego michi si perfectio desit  
Ad cognoscendam quedam quibus inferior sum  
Nilq; verecundor contra me vera fateri  
Defectiuus in hoc meus intellectus | habundat  
In multis alijs | nec enim misteria tanta  
Peruia sunt nobis | quia que proportio lucis  
Solis ad obtusos oculos vespertilioms  
Hec & ad ingenium nostrum huius materiei  
Nec puto posse capi | nisi postquam venerit illo  
De celo celi plene secreta reuelans  
Tunc etenim credam si tm dixerit ipse  
Et quia dicturum dicunt | eciam modo credo  
Ipsum venturum | iam diligo iamq; paratus  
Credere doctrine | quam dixerit esse sequendam  
Cultoremq; suum me repromitto futurum  
**HERONES** dicit in libro de verbo eterno | quendam philo  
sophum nomine trimegistum de deo enunciaffe. Qui monas  
monadem gignit & in seipm pprium reflectit ardorem. i. pa  
ter generat filium ex quibus procedit ardor | hoc est amor spiri  
tus sancti. **PORPHYRIUS** philosophus eandem as  
sert sententiam | de quo scribit sanctus augustinus | quarto de  
ciuitate dei | & ix. libro d trinitate. Appellauit enim paternum  
intellectum | & deum filium | & horum medium | quem nos vo  
camus spiritum sanctum. **Quippe de mente PLATONIS**  
hoc idem fuisse testatur augustinus libro quinto confessionu  
In cuius libris assertit se inuenisse hoc euangelium sparsim |  
non secundum verba sed in sententia | greco sermone scriptum  
scilicet In principio erat verbum & verbum erat apud deum  
& cetera | vsq; ad illum locu. fuit homo missus a deo. In quo  
euangelio exprimitur sancta trinitas personarum & vnitatis di  
uine essencie. **Idem affirmat CLAVDIUS** in libro vi  
cesimo quinto hystoriarum capitulo. vi. de platone dicēs. Pla  
to qui tantis seculis | ante puerperum virgims | añ predicacōez

summe trinitatis in gentibus. vnitatem | tres in deitate perso-  
 nas. et ineffabilem vnum deum | laudabili. ausu | mirabili ingenio  
 immutabili oculo | quefuit | inuenit | prodidit patrem deum pas-  
 ternantem mentem | et vtriusq; amorem mutuum. vnam sum-  
 mam equiternam | indiuisam deitatem | nō solum ita credi oport-  
 tere docuit | sed ita esse conuicit. **ARISTOTILES** mo-  
 narcha philosophorum in primo libro de celo et mūdo capitu-  
 lo primo dicit. qd numerus ternarius est omnis rei | et significat  
 trinitatem rerum. **N**am omnis summa & perfecta completio  
 fit a ternario. & est in ternario | & significat. i. qd trinitas est i  
 rebus ad similitudinem prime trinitatis. quoniam in qualibet  
 re creata est repire vestigiū pme trinitatis. increate quā est re-  
 pire in pmo ente. **E**t p hūc quidē numerum a natura rerū ex-  
 tractum | legi retentū | adhibuim⁹ nos ipsos magnificare deum |  
 vnum creatorem eminentem pprietatibus eoz que sūt creata.  
**O**mne igit totum & pfectum sup tres ponimus | & nihil pfe-  
 ctum nisi trinitas. **I**dem **ARISTOTILES** in. xij. libro  
 methaphisice | trinitatem in deo & sempiternā substantiam as-  
 serit dicēs. qd in deo est sūmus intellect⁹ seu sūmum intelli-  
 gere & sūma volūtas | ac sūma voluptuositas. i. gaudiositas. que  
 tria vnum sunt & de⁹ met. **I**tem affirmat cōmentator su⁹  
 scz **AVERROIS** **I**bidē cōmento. xxxvii. & xxxix. **U**nde  
 probat qd in pmo ente est intellect⁹ & volūtas & actus earū  
 quīs non p additam rem vel intentionem. **E**t in fine cōmentī  
 concludit. qd in deo ē trinitas pfectionū. & dicit. qd hāc trinita-  
 tem putauerūt xpiani esse trinitatē suppositoꝝ. qd ego nego.  
**N**unc videre oportet penes q accipit ratio vestigiū i creaturis  
**A**d hoc dico qd potest accipi penes omēm numerū ternariū. p-  
 fectionū possibiliū applicari trinitati psonarū appropriate. &  
 hoc p̄t fieri octo modis. **I**nuenit̄ enim in creaturis p̄m⁹ terna-  
 rius representans in personis diuinis pfectiones essenciales i  
 continendo. & de isto ternario loquit̄ philosophus pmo celi  
 & mundi. **I**n omni inquit re est substācia virt⁹. & est opatio  
 substācia appropriatur patri in quo primo continet̄ essēcia  
 diuina. q̄ est pelagus omnis substācie. & principiū originale.

Virtus appropriat filio: qui ipse portat omnia verbo virtutis  
sue. ad hebreos primo. Unde verbo tanquam omni virtute deus di-  
cit omnia. Operatio appropriatur spiritui sancto. quia scriptura di-  
cit. hec omnia operatur unus atque idem spiritus. ¶ Secundus ternari-  
us personis diuinis quo ad perfectiones essentielles in existendo ap-  
plicatus est: Veritas | species | & ordo. Veritas appropriatur patri  
quia est prima veritas in diuinis. Species appropriatur filio: quia  
species & veritas idem sunt. Ordo appropriatur spiritui sancto: quia  
ordo & bonitas coincidunt | nam quae sunt ordinata: perfecta sunt. perfe-  
ctum vero & bonum idem sunt. per philosophum quinto methaphisice. &  
hunc ternarium trahit augustinus ex libro sapientie ca. xi. Omnia  
in numero | pondere & mensura fecisti. Unde dicit undecimo li-  
bro de trinitate capitulo vltimo. Mensura appropriatur memorie. i.  
patri: qui habet se per modum habitus. numerus appropriatur intel-  
lectui. i. filio: qui habet se per modum actus. pondus appropriatur vo-  
luntati. i. spiritui sancto. quia amor meus pondus meum: ait qui-  
dam sanctus. Et idem doctor beatus augustinus in dialogo ad  
rosium exponit predictum ternarium dicens. Mensura numerus &  
pondus ipse deus est. Ipse est numerus sine numero: a quo omnis  
numerus. Ipse mensura sine omni mensura | a quo omnis mensura. Ipse  
pondus sine pondere: a quo omne pondus. ¶ Tertius ternarius appropriatur  
personis diuinis quae ad perfectiones notionales in producendo  
sicut res non producta | sed producens appropriatur patri | res  
producta & producens appropriatur filio. res producta & non pro-  
ducens appropriatur spiritui sancto. Pro confirmatione predicto-  
rum dicit Averrois commentator aristotilis. xij. methaphisice  
in quodam commento: quod est dare mouens non motum  
sicut mouens methaphisicum | mouens motum sicut mouens phi-  
sicum. motum non mouens sicut patet multipliciter. ¶ Quartus  
ternarius appropriatur diuinis personis quo ad perfectiones  
notionales in subsistendo | scilicet species specialissima | species  
indiuidualata: & species supposita. Species specialissima com-  
municatur duobus. quia singulari sine supposito | sicut fuit in cri-  
sto. Alio modo singulari & supposito | sicut in nobis | & ista ap-  
propriatur patri | quia essentia que est in patre duobus modis

communicatur scilicet generando & spirando. species indiuiduata comunicat vno modo scilicet suppositado & ista apropiatur filio quia a filio communicatur vno modo essentia spirando. Species supposita non potest communicari & ista apropiatur spiritui sancto. Subsistit ergo essentia in patre & cum hoc est duobus modis communicabilis & ideo competit sibi species specialissima. Subsistit in filio vno modo communicabilis & huic congruit species indiuiduata. i. diuina essentia. Subsistit in spiritu sancto incommunicabilis & huic competit species supposita.

**Q**uintus ternarius apropiatur diuinis personis in operando | sicut artifex | ars & finis | artifex attribuitur patri propter omnipotentiam | ars filio propter omniscientiam quia ipse est ars plena omnium ratione viuentium. secundum augustinum in libro octuagintatium questionum | finis apropiatur spiritui sancto propter omnidulcenciam. De isto ternario Job. xxxiij. Omnia operatur deus tribus vicibus per singulos. Artifex & ars & finis ponitur a philosopho secundo philosophorum & septimo methaphisice.

**S**extus ternarius apropiatur personis diuinis in redimendo | scilicet spiritus | aqua & sanguis. Spiritus apropiatur patri. quia spiritus est deus. sanguis apropiatur filio. quia redemit & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Aqua apropiatur spiritui sancto quia scriptura dicit Spiritus domini ferebatur super aquas. de isto ternario ait iohannes apostolus. Tres sunt qui testimonium dant in celo. pater verbum & spiritus. & hy tres vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra. spiritus aqua & sanguis.

**S**eptimus ternarius apropiatur personis diuinis in gubernando. Inuenitur enim in creaturis potestas dominatiua. ratio regulatiua. & equitas distributiua. sicut patet in rege iusto. Potestas enim dominatiua apropiatur patri. ratio regulatiua verbo. equitas distributiua spiritui sancto. Et de isto ternario loquitur propheta ysaias. Quis appendit tribus digitis molem terre. & librauit in pondere montes & colles in statera.

**O**ctauus ternarius apropiatur diuinis personis in primado quia in omni perfecta delectatione tria concurrunt. scz plenitudo que faciat

pulchritudo. que delectat. firmitudo que stabilitat. sicut patet  
in continua visione pulcherrime figure. **P**lenitudo appropriat  
patri propter fontalem bonitatem. pulchritudo filio. propter lim  
piditatem quia ipse est candor lucis eterne. speculum sine ma  
cula. sapie. vii. **I**psē ē speciosus forma pater filijs hominū. cuius  
pulchritudinem sol & luna mirantur. Firmitudo appropriatur  
spiritui sancto propter stabilitatem. quia est nexus. & propheta  
dicit in psalmo. Verbo domini celi firmati sunt. & spiritu oris eius  
omnis virtus eorum. De isto ternario habetur in euangelio lu  
ce. xi. Amice accomoda michi tres panes. **C**irca predicta no  
tandum est. quod omnes isti ternarii. siue reperiuntur in creatura sub  
stantia siue in accidentibus. nichilominus tamen ibi est vestigium tri  
nitatis. licet perfectius in substantia. Quia omnis creatura etiam  
minima arguit creatorem. & secundum quod perfectior. perfectius ar  
guit. Unde in anima humana rationali. que facta est ad ymaginem  
dei creatoris. deuenire poterit sapiens in cognitionem sancte tri  
nitatis diuine. Sicut enim in anima sunt tres potencie & una sub  
stantia. scilicet memoria. intelligentia & voluntas. seu mens. notitia.  
& amor que idem sunt cum rebus predictis. Sic in deitate  
sunt tres persone & una essentia. ita ut memoria seu mens appro  
priatur patri. intellectus seu notitia filio. et amor seu voluntas  
spiritui sancto. Probat hoc sanctus augustinus. xiiii. libro de tri  
nitate ca. viii. Et. ix. de trinitate. ca. ii. Et. x. de trinitate. capi. x.  
Et. xv. de trinitate. capitulo primo. Pro declaratione predi  
ctorum notandum est cum bonauentura. quomodo memoria in eter  
nitatem. intelligentia in veritatem. et electiva potentia in sum  
mam bonitatem ducit secundum suas operationes. Secundum igitur  
harum potentiarum ordinem. et originem. et habitudinem manudu  
cinur. ex quadam similitudine et ymagine. in ipsam beatissi  
mam et increatam trinitatem. Nam ex memoria oritur intelli  
gentia ut ipsius plures. quia tunc intelligimus. cum similitudo que  
est in memoria. resultat in acie intellectus. que nichil aliud est  
quam verbum. ex memoria et intelligentia spiratur amor. tanquam nex  
us amorum. Hec tria scilicet mens generans. verbum. et amor. sunt in ani  
ma. quo ad memoriam. intelligentiam. et voluntatem. que sunt



consubstantiales & coequales & coeue se inuicem circumind  
 dentes. Si igitur deus perfectus spiritus est. habet memoriã  
 intelligentiam & voluntatem. habet & verbum genitum et a  
 morem spiratum | qui necessario distmguuntur | cum vnus ab al  
 tero producaur | non essentialiter | non accidentaliter. ideo per  
 sonaliter. Dum igitur mens seipsam considerat | per se | tanq̃ p  
 speculum consurgit ad speculandum trinitatem beatam patris  
 verbi & amoris | trium personarum coequalium & consubsta  
 cialium. ita q̃ quilibet trium est in quolibet aliorum | vnus ta  
 men non est alius | sed ipsi tres sunt vnus deus. ¶ **U**lteri⁹ no  
 tandum | q̃ ille mundus sensibilis | qui dicitur macrocosmus.  
 intrat in animam hominis per portas quinque sensuum | secun  
 dum ipsorum sensibilium apprehensionem oblectationē et di  
 iudicationem. Homo igitur qui dicitur minor mundus habet  
 quinque sensus quasi quinque portas per quas ingredit̃ cognico  
 omniu que sunt in mundo sensibili | in animam ipsius. Nam p vi  
 sum intrant corpora sublimia. subtilia & luminosa & cetera co  
 lorata | per tactu vero corporis | corpora solida & terrestria | per  
 gustu aquea | p auditu aerea | p odoratu vaporalia. que habent  
 aliquid de natura aquea humida | aliquid de aerea | aliqd d̃ ignea  
 seu calida | sicut patz ex fumo ex aromatibus resoluta. Nec igi  
 tur sensibilia exteriora | intrant in animam humanam p apprehensioz  
 quicq̃ sensiu | non p substanciã ingrediuntur | sed p similitudines  
 suas primo generatas in medio & de medio in organo visus  
 vel audit⁹. & de organo exteriori in organo interi⁹ & de hoc  
 in potenciã apprehensiuã. Et sic generatio speciei in medio | &  
 de medio in organo. & de organo in potenciã. & conuersio po  
 tencie apprehensiuę super illam. facit apprehensionē omniu re  
 rum que exterius anima apprehendit. Ad hanc autem apprehē  
 sionem. si fit rei conuenientis. tunc sequit̃ oblectacō. delectatur  
 em̃ sensus in obiecto pcepto p similitudinem abstractionis | vel  
 ratione speciositatis vt in visu. vel racōe suauitatis sicut i odo  
 ratu & auditu. vel ratione salubritatis sicut in gustu & tactu  
 appropriate loquendo. omnis aut̃ delectatio est racōe pporcō  
 nabilitatis. ¶ **S**z q̃a spēs tenet racōz forme. virtutis & opacōis

fm q̄ habet respectum ad principium a quo manat: ad medi-  
um per quod transit: ad terminum in quem agit | hoc proporti-  
onabilitas ratione forme dicitur speciositas seu pulcritudo | ra-  
tione potentie seu virtutis dicitur suauitas Aut attenditur pro-  
portionalitas ratione efficacie & impressiois: que tunc est  
proportionalis | quando agens imprimendo replet indigentia  
patientis: & hoc est saluare & nutrire ipsum quod maxime  
apparet in gustu & tactu. Post apprehensionem & delectatio-  
nem sequitur diuudicatio | que non solum diuudicatur vtru hoc  
sit album vel nigrum: quod pertinet ad sensum particularem  
non solum vtrum sit salubre vel nociuum et hoc pertinet ad sen-  
sum interiozem verum etiam qua iudicatur & ratio redditur.  
quare hoc delectat & illud non. ¶ Diuudicatio igitur est  
actio que speciem sensibilem sensibiliter per sensus acceptam:  
intuire facit depurando abstrahendo a loco tempore motu in-  
puram intelligentiam. Hec autem omnia sunt vestigia in rebo-  
nature: presertim in actibus & operationibus anime humane.  
quibus deum nostrum speculari: & sanctam trinitatem in vesti-  
gare possumus. Nam cum species alicuius obiecti apprehensa  
sit similitudo in medio gemta: & deinde organo impressa. et  
per illam impressionem in suum principium scilicet in obiectum  
cognoscendum ducat. manifeste insinuat q̄ illa lux eterna gene-  
rat ex se similitudinem siue splendorem coequalem consubstan-  
cialem et coeternalem. Et ille qui est ymago et similitudo inuisi-  
bilis dei et splendor glorie et figure substance. que ubiq; est  
per primam sui generationem (sicut obiectum in toto medio)  
suam generat similitudinem. Per gratiam vero ymonis vntur  
sicut species corporali organo id est indiuiduo rationalis na-  
ture. vt per illam ymonem nos deduceret ad patrem sicut ad  
fontale principium et obiectum.

Si igitur omnia cognoscibilia scdm sui speciem generare ma-  
nifeste proclamant et in illis tanq̄ in speculis videri potest.  
eterna generatio verbi ymaginis. et filij a deo patre eternali-  
ter emanantis. secundum hunc modum species delectans vt  
speciosa et suavis et salubris. insinuat. q̄ illa p̄ma speciositas

et suauitas & salubritas: in qua est summa proportionalitas et  
 equalitas ad generantem: in qua est virtus non per fantasma sed  
 per virtutem apprehensionis illabens: in qua est apprehensio sal  
 uans & sufficiens: & omnem apprehendentis indigentiam expel  
 lens. Si ergo delectatio est diuinentis cum diuemente conuin  
 ctio: & solius dei similitudo tenet rationem summe speciosi sua  
 uis & salubris: & vnitur secundum veritatem & secundum intimitatem: &  
 secundum plenitudinem replentem omnem capacitatem manifeste vide  
 ri potest quod in solo deo est fontalis & vera delectatio. & quod ad  
 ipsam ex omnibus delectationibus manuducimur requirendam  
 Preterea non solum manuducimur per tres potentias anime in co  
 gnitionem increate trinitatis: sed etiam in multis creaturis alijs  
 tam in substantijs quam in accidentibus. **D**eus namque impressit  
 quasi omnibus rebus similitudinem ac vestigium sancte trimi  
 tatis. Inuenitur enim in sole natura solis splendor & calor. es  
 sentia solis comparatur patri: a quo emanat splendor eternus  
 id est filius & ab utroque calor id est amor spiritus sancti procedit.  
 Tres sunt res: tamen vnus est sol: que non faciunt tres soles  
 sed vnum. Item in igne reperitur substantia ignis. calor et sple  
 dor. Item in pomo inuenitur trinitatis vestigium natura pomi  
 sapor & odor: que faciunt vnum & non tria poma. Item in ro  
 sa vel lilio inuenimus tria: substantiam rose candorem & odo  
 rem. & hec tria non faciunt tres rosas sed vnam. Item totum  
 vniuersum diuiditur in supremam regionem in qua habitant  
 angeli & sancti in medianam regionem quam in habitant homi  
 nes & bestie: & in infimam regionem in qua morantur demo  
 nes & dampnati. Item quelibet scientia in lumine naturali ter  
 nario numero fundari videtur. Nam omnis philosophia: aut  
 est naturalis: aut rationalis: aut moralis. prima agit de cau  
 sa essendi. ideo ducit nos in potentiam patris a quo omnis po  
 tentia emanat. Secunda agit de ratione intelligendi. ideo ducit  
 nos in sapientiam filij. Tercia agit de ordine viuendi. et ideo  
 ducit nos in bonitatem spiritus sancti. **R**ursus prima scilicet  
 naturalis philosophia diuiditur in metaphisicam. mathe  
 maticam et phisicam. Prima tractat de essentijs rerum. Secunda

de numeris & figura. Tercia de varijs virtutibus .i. proprie-  
tatibus & operationibus nature siue rerum naturalium | & ideo  
prima ducit nos in cognitionem patris | qui est primum prin-  
cipium | in deitate ratione originis. Secunda ducit in eius y-  
maginem scilicet filium | qui est figura & ymago patris. Ter-  
cia ducit nos in donum spiritus sancti | qui operat per varias  
gracias & multiplicia dona in animabus & angelis. **S**ecu-  
da scilicet rationalis vel sermocionalis diuiditur in gramati-  
cam . loyca & rethoricam. Prima facit nos potentes | ad ex-  
pugnandum mentis conceptum congrue et rationaliter. Se-  
cunda facit nos perspicuos ad arguendum | & verum a falso di-  
scernendum. Tercia facit nos abiles ad persuadendum siue a-  
mouendum | vicia & mala ad vitandum & ad bonum virtutis  
prosequendum. Gramatica que est fundamentum scienciarum  
apropriatur patri . qui est fons & fundamentum deitatis. Lo-  
yca apropiat filio q̄ ē veritas | qua docuit in euāgelio ratio-  
nabiliter | ipse etiam cum sit ars arcium | & ratio ydealis ac sa-  
pientia omnium intelligibilium ac producibilium que sunt fu-  
erunt vel erunt. Tercia scilicet rethorica apropiatur spiritui  
sancto . qui docet nos & persuadet suis inspirationibus | & hor-  
tatur semper iniusta declinare | & bona operari & ornare ani-  
mam | non verbis sed gracijs & virtutibus. **I**tem gramatica-  
lis congruitas suppositi & appositi triplici conditione concor-  
dant. Item omnis constructio gramaticalis constituitur ex tri-  
bus . scilicet littera fillaba & dictione. **I**nsuper loyca triplici  
termino scilicet maiore | extremitate | & minore | ac medio . Et  
triplici propositione in triplici figura formaliter . & in modo  
concludit omnem sylogismum . patri apropiatur bene maior  
extremitas . minore filio . quia filius minor patre est secundum  
humanitatem | licet equalis sit secundum deitatem . Medium  
apropriatur spiritui sancto . quia medium sapit naturam ex-  
tremorum scilicet patris & filij . in sapiencia . potencia & boni-  
tate . Etiam medium coniungit extrema . sic spiritus sanctus  
est nexus amorum . & amor vtriusq̄ scilicet patris & filij .

Item omnis argumentatio triplici specie completur scilicet aut syllogismo: aut enthymemate | aut inductione. Et hi ternarii similiter insinuant misterium trinitatis. **T**ercia diuiditur in monasticam. yconomiaz & politicam. Et ideo prima insinuat primi principij scilicet patris innascibilitatem. quia sicut a monos .i. ab vno nascitur omnis numerus & ingemitus permanet sic a patre nascitur filius: & procedit ab utroque spiritus sanctus. Secunda insinuat filij familiaritatem. quia in terris visus est et cum hominibus conuersatus. baruth tercio. cum peccatoribus enim manducauit. infirmos velud medicus curauit | et ignaros velud magister informauit. Tercia scilicet politica insinuat vtriusque scilicet patris & filij connumtatem cum spiritu sancto. **P**reterea anima sapientis vidit .i. cognoscit res in triplici speculo. Primum speculum est vitreum. & potest dici vis vel potentia sensitua. **S**ecundum est argenteum. scilicet vis ymaginatiua. Tercium speculum est aureum. quod potest dici vis intellectiua anime rationalis. In speculo vitreo speculatur forma cum subiecto. In argenteo speculamur & videmus formam sine subiecto. .i. creaturas spūales scz aīas et angēlos. In aureo speculo cōtemplamur deū omniū rez causam & primū principium. Primum speculum ducit nos in cognitionem persone cristi | in quantum est homo. & deus. Secundum ducit nos in noticiam spiritus sancti. Tercium in personam patris qui est prima origo omnium. Prima speculatio pertinet ad naturales secunda ad dyaleticos. tercia ad methaphisicos. **C**eterum Geometria omnem magnitudinem triplici dimensione perficit scilicet longo. lato & profundo. Nam omnis magnitudo. aut ē linea | aut superficies | aut corpus. per philosophum pmo celi. Et omnis res naturalis aut creatura habet principium medium & finem. vt ait pythagoras primo celi. Principium appropriatur persone patris. medium filio. quia ipsa est media persona ī deitate. & mediator dei & hominū fm humanitatem assumptam. Et finis appropriatur spiritui sancto. qui finit & perficit singula creata suis donis | & sua gratia rationalia ad finem vltimum eterne felicitatis perducit: id est ad visionem & frui-

tionem sancte trinitatis increate. **U**terum musica omnem ar-  
moniam suam perficit triplici uocum consonantia. scilicet **Dya-**  
**tesseron** | dyapente & dyapason. Quippe aristotiles primo phi-  
sicozum probat tria fore principia rerum naturalium intrinseca  
que sunt materia & forma & eorum compago seu compositum  
tria prorsus diuersa sunt que in cuiuslibet substantie creatione  
aut productione principaliter exiguntur. Vnde alan<sup>9</sup> produ-  
cit illud correlarium. Manifestum est q<sup>d</sup> in vna eademq<sup>3</sup> sub-  
stantia causatiue trinus efficiens | in vna eademq<sup>3</sup> causatione  
trinitatem esse conuincit | & hec trinitas tres persone dicuntur  
prima pater: secunda filius: tertia spiritus sanctus. Formam  
& materiam prorsus esse diuersa et earum descriptiones & na-  
ture demonstrant. patet etiam q<sup>d</sup> ear<sup>3</sup> neutra est sua compago  
cum aliud sit componens a compositis. Substantia enim cor-  
poralis constat ex materia & forma | constare idem est quod co-  
poni. Et si in cuiuslibet substantie creatione: materiam patri  
formam filio: compositionem spiritui sancto possit ordo cogru-  
us destinare. tamen in quolibet trium totam trinitatem neces-  
se est operari. Materia primum fundamentum substantie con-  
gruit prime trinitatis persone. formam que inuascitur | filio at-  
tribuimus competenter. compositionem autem illorū | tercie tri-  
nitatis persone coaptamus non incongrue: que spiritui sancto  
dicitur. **A**stronomia triplici consideratione suam materiam  
terminat. nam eius intentio versatur circa motus & cursus a-  
strozum. & circa vices ac successiones temporum videlicet or-  
tus & occasus | & circa situs sperarum & planetarum. Astrolo-  
gia superstitiosa est | quam mathematici in trib<sup>9</sup> secuntur: qui  
stellis augurantur | quiq<sup>3</sup> duodecim signa celi per singula corpo-  
ris membra disponunt | qui & syderum cursu natiuitates ho-  
minum & mores predicere & coniecturare seu prenosticare co-  
nantur. **A**rismetrica numerū ternariū primū cōpletum & p-  
fectum tradit. q<sup>2</sup> nihil ē perfectū nisi trinitas. vt dicit philoso-  
phus pmo celi. Item numer<sup>9</sup> pfectior | nobilior & cōpletior ē  
ternarius. patet. In quolibet ente creato | bonitas in numero ter-  
nario est pfecta. scilicet bonificatiuus bonificabilis & bonificare.

Item ens naturale constituitur ex forma materia & compositione utriusque. Item filiozimus constat ex duabus propositionibus & una conclusione ex his producta. similiter operatio completur ex potencia obiecto & actu. Mirum igitur si scientie naturales in ternario fundentur. & in lumine naturali trinitatis beatate vestigium non prepeditur. Nempe si natura intelligendo. & volendo actum producit. Cur deus pater. intelligendo non produceret naturaliter filium. & volendo spiritum sanctum. Preterea cum secundum legem hebreorum. Sum & est. sit proprium diuinitatis verbum que tempore non mutatur sed semper presens est. Et secundum cassiodorum ibi latet aliud sacramentum quod una sillaba tribus litteris continetur. ut sancta trinitas vnus deus esse doceatur. Quod & vulgaris interpretatio huius nominis deus scilicet got designare videatur. vbi sicut tria dementa grammatice vnani dictionem constituunt. sic tres persone in diuinis vnū deum in essentia representant. Insuper sicut sol sol sol. sunt tria nomina. res tamen vna per ea significat. Et similiter nix glacies & aqua sunt vocabula diuersa. in re & substantia sunt eadem. & pariformiter ens. mucro. gladius. tria sunt ratione differentia. tamen vnani rem sunt significatia. Sic proci onabiliter pater filius & spiritus sanctus sunt tres persone differentes realiter. vnus & idem deus essentialiter. Omnes autem hęc sciencie predictę habent regulas certas & infallibiles. tanquam lumina & radios emanantes a lege eterna & sapientia diuina in mentem nostram. Et ideo mens nostra tantis splendoribus irradiata & superfusa. nisi sit ceca manuduci potest per seipam ad contemplandam. sicut in speculo & enigmate istam lucem eternam. Diuis autem lucis irradiatio & consideratio. sapientes suspendit in admirationem. & contra insipientes qui non credunt. nec intelligunt. nec informari volunt. ducit in perturbationem. execrationem. & dampnationem. Vt probat illud propheticum. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis. turbati sunt omnes insipientes corde. Et iterum de illis loquitur singulariter propheta. Dixit insipiens in corde suo non est deus scilicet vnus & trinus. Corrupti sunt & abominabiles

facti sunt in studijs suis & cetera. ¶ **P**reterea non sunt obmit-  
tendi varij ternarij apud poetas quibus trinitatem honoraues-  
runt. ¶ **S**aturnus genuit tres filios scilicet iouem neptunum  
& plutonem| quibus diuisit quasi pro hereditate mundum in  
tres partes| scilicet in celum| aquam siue mare| & terram. Pri-  
mus scilicet iupiter vsurpauit sibi celum & appellatus est de-  
us astrozum| qui dominatur astris| igni| & aeri| & eorum im-  
pressiombus. Neptuno cessit dominiū maris & regnum in-  
fularum. ideo dictus est deus maris. Pluto vero terram cum  
inferno possedit. ideo vocatus est deus infernalis. Versus

Jupiter astra| fretum neptunus| tartara pluto

Regna tenent fratres tres| tria quisq; suum

Item fuerunt tres sorores. Gorgonee| monocule| scilicet sce-  
nio & medusa ac aureole. Ideo dicuntur monocule| quia eque-  
lis erant pulchritudinis| sed ideo gorgonee & secundum fulgē-  
cium euriale| quia cultrices terre. Medusa omnes mtuētes eā  
mutabat in lapides| quam perseus filius iouis rex asie & libie  
gladio mercurij & dipo paladis interfecit| sensus moralis hic  
pulcherrimus pro conuersione peccatorum. Item tres sunt he-  
sperides hoc est hesperie ab hespere stella dicte. Mam rex his-  
pame tres habuit filias| quarum nomina hec sunt. egle| neptu-  
sa| aretusa. Iste tres sorores ortum habuerunt| in quo erat ar-  
bor ferēs poma aurea| quam draco custodiuit| sed hercules oc-  
ciso dracone abstulit eadem| huius fabule delectabilis est snia  
& applicabilis ad studentes. Item tres fuerunt aues dicte ar-  
pie| scilicet aello| occipite| celenc. Hec mysticatio valet contra  
vsuarios & raptos. Item tres fuerunt sorores fatales sci-  
licet gloto. lathefis. atropos. hec fabula significat statum vi-  
te humane. Versus

Res de non esse gloto. producit ad esse

Longat eis esse lathefis. rapit atropos esse

Per ternas metas. fatorum ducitur etas

Gloto collū baiulat. lathefis trahit. atropos aufert

Itē rursus tres fuerūt sorores gēuite. eu pfigno eugalla. fasithea

Dicūt gēuite qz gēta gētis dederūt applicet ad v̄tutē liberalitatis



Item tria sunt pericula maris vt naute referunt : scilicet tyren  
 vel cilla firtes & caribdis .p q̄s tres sorores significatur | tria  
 principalia peccata (de quibus iohannes in canonica sua) qui-  
 bus anime subiunguntur in mare infernali. Item in inferno sūt  
 tres iudices tanq̄ reges | potestatem super animas dampnato-  
 rum habentes | scilicet mnos | rodomātus et eat⁹ alias cothus  
 Vnde ait fulgencius libro primo mttologiarum suarū. Tri-  
 cerberum poete canem tria capita habentem. Plutoms presu-  
 lis et inferni subiciunt pedibus | quia mortalium uirgiorum in-  
 uidie ternario conflentur statu. Omnis canis infernalis .i. demō-  
 minatur penas | et per minas cogit cognoscere crimina nō con-  
 fessa impropere eis ic̄. Secundus rodit mentes .i. animas  
 ex inuidia pumendo Tercius auget penas proiciendo animas  
 de frigore in calorem mmmium. Huic etiam scilicet plutom : po-  
 ete dicunt tres furias seruire. Vnde tres sunt eumenides .i. fu-  
 rie infernales .scilicet Alecto .i. sine requie. Secunda dicit̄ the-  
 siphone .m qua pena infernali anime sunt in continuo clamore  
 quedam ululant | quedam blasphemant ic̄. Tercia dicitur me-  
 gera | m qua pena demones sunt in longa & continua lite ad-  
 uersus animas puniendo. Interpretatur enim megera quasi  
 longa lis | er grece .i. lis | & mega .i. longum. Et hee dicuntur  
 furie . quia faciunt animas furire .i. insanire | in quibus penis  
 anime miserorum cruciantur. Dicuntur etiam eumenides . quia  
 in inferno est defectus omnis boni. Item tres sunt tridētes tri-  
 um fratrum. Tridens iouis est fulmen . hic habet tres pprie-  
 tates : flat enim | scindit et vrit. Tridens neptuni est aqua que  
 habet tres proprietates . est enim labilis | natabilis & potabi-  
 lis. Tridens plutonis est cerberus | qui s̄m poetas est portula-  
 nus inferni : habens tria ora camina | qui alio nomie dicitur vul-  
 canus. Idic habet etiam tres acucies vel vngulas quibus ani-  
 mas pumt. Item tres sunt sedes lune vel vie tres . vnam  
 tenet in celo : tunc dicitur luna | quasi lnx vna. Aliam habet se-  
 dem in inferno | vel prope | tunc dicitur proserpina : quasi prope  
 terram serpens . vt in occasu vel in eclipsi | tunc nō videtur pro-  
 pter terre obstaculum. Terciam sedem vel viam habet i filuis

& tunc dicitur dyana. Vnde quando est plena |clare lucens in nocte siluas inhabitat propter venationes piscationes peregrinationes hominum vel bestiarum que nocte fieri habent ꝛc.

**I**tem sꝑm cosmographos .i. descriptores mundi tres sunt partes mundi principales |scilicet asya affrica & europa. **I**tem tres sunt indie. **I**tem tres sunt ethyopie |orientalis meridionalis & occidentalis. **I**tem tres sunt celle capitis |in quibus videntur tres potencie anime. scilicet fantasia siue ymaginatio |ratio et memoria. prima in principio capitis. secunda in medio. tertia in occipite ꝛc.

**N**unc vero per rationes philosophorum probabiles et persuasiones probandum erit qꝫ in deo sit pluralitas relationum per quam personarum trinitas significatur. **P**ro cuius intellectu primo presuppono qꝫ relationes reales in diuinis vel in deo sunt tm̄ quatuor. scilicet paternitas. filiationis. spiratio et processio. Secundo notandum qꝫ relationes qꝫ ponuntur in deo distinguuntur realiter adinuicem. **Q**uia dicit boecius in libro de trinitate. qꝫ substantia in diuinis continet vnitatem. relatio multiplicat trinitatem. **S**i igitur realiter relationes non distinguuntur adinuicem |non erit in diuinis trinitas realis |sed rationis tm̄ |quod est heresis sabelliana. **I**tem doctor sanctus. cum pater non dicitur nisi a paternitate |et filius a filiatione. si ergo paternitas et filiationis non sunt realiter in deo. sequitur qꝫ deus non sit realiter pater aut filius sed solum sꝑm rationem intelligentium. **I**tem ex eo qꝫ aliquid alicui attribuitur |oportet qꝫ attribuantur omnia illi que sunt de ratione illius. sicut cuiusqꝫ attribuitur homo oportet qꝫ attribuat ei rationale. de relationis autem natura est respectus ad alterum. sꝑm qꝫ aliquid aliqꝫ opponitur relatiue. cum igitur in deo sit realiter relatio vt dictum est. oportet qꝫ realiter ibi sit oppositio relatiua. oppositio autem in sui ratione includit distinctionem vnde oportet qꝫ in deo sit realis distinctio. non quidem sꝑm rem absolutam in qua est summa vnitatis et simplicitas. sed sꝑm rem rela-

tuam. Vnde licet paternitas sit idem s̄m rem cum essēcia di-  
 uina. et similiter filiatio. tamen hec duo in suis proprijs ratio-  
 nibus important oppositos respectus vnde distinguuntur ab  
 inuicem. ¶ **C**onclusio prima. Esse plures personas in diuinis  
 sequitur ex premissis. quoniam nomen persona in diuinis  
 significat relationem vt rem subsistentem in natura diuina. et  
 quia plures sunt relationes in diuinis vt predictum est in pre-  
 suppositione. Vnde sequitur q̄ sint plures existentes in diui-  
 na natura. et hoc est esse plures personas in diuinis. ¶ **C**on-  
 conclusio secunda. Necessē est ponere tm̄ tres personas in diuinis  
 probatur. ostensum est enim q̄ plures persone sunt plures re-  
 lationes subsistentes adinuicem realiter distincte. realis autem  
 distinctio inter relationes diuinas non est nisi ratione opposi-  
 tionis relatiue. oportet ergo duas relationes oppositas ad du-  
 as personas pertinere. si que autem relationes opposite non  
 sunt. ad eandem personam necessē est eas pertinere. ¶ **P**aterni-  
 tas ergo et filiatio cum sint opposite relationes ad duas perso-  
 nas ex necessitate pertinent. Paternitas ergo subsistens est per-  
 sona patris. & filiatio subsistens est persona filij. Alie autem  
 due relationes ad neutram harum oppositionem habent. sed si  
 bi inuicem opponuntur. Impossibile est ergo q̄ ambe vni per-  
 sone conueniant. oportet igitur q̄ vel vni earum conueniat  
 vterq̄ dictarum personarum. aut q̄ vna vni. & alia alij. nō au-  
 tem potest esse q̄ processio conueniat patri & filio. vel alteri  
 eorum. quia sic sequeretur q̄ processio intellectus que est ge-  
 neratio in diuinis. s̄m quam accipitur paternitas & filiatio. p̄-  
 dret ex processione amoris. s̄m quam accipitur spiratio & p̄-  
 cessio. si persona generans & geniti procederent a spirante. qd̄  
 est contra premissa. relinquatur ergo q̄ spiratio conueniat &  
 persone patris & persone filij. vtpote. nullam habens oppositi-  
 onem relatiuam. neq̄ ad paternitatem. neq̄ ad filiationem. &  
 per consequens oportet q̄ processio conueniat alteri persone:  
 que dicitur persona spiritus sancti. que procedit p̄ modum amoris.  
 quare dicimus esse tm̄ tres personas in diuina essēcia. sci-  
 licet patrem. & filium. & spiritum sanctum.

**S**ed diceret quis. In deo sunt plures persone q̄ tres. probatur pluralitas enim personarum in diuinis | est sc̄m pluralitatem proprietatum relatiuarum | sed quatuor sunt relationes in diuinis. ergo sunt quatuor persone in deitate. **R**esponso. Dicendum q̄ licet sint quatuor relationes in diuinis : tamen vna earum scilicet spiratio non seperatur a persona patris & filij | sed conuenit vtriq̄ | & sic licet sit relatio | non tamen dicitur proprietas. quia non conuenit vni tm̄ persone | nec est relatio personalis .i. constituens personam | sed hee tres relationes : paternitas | filiacio & processio dicuntur personales proprietates | quasi personas constituentes. nam paternitas est persona patris | filiacio persona filij. processio est persona spiritus sancti p̄cedentis. **C**ursus probandum erit varijs rationibus philosophorum | q̄ diuine simplici substantie | intrinsece est compositibilis distinctarum rationum realium multitudo : patet de pluralitate personarum in vna diuina essencia. & probat̄ sic. Vbi est multiplex productio : ibi de necessitate est pluralitas rationum realium | sed in diuinis est multiplex productio | ergo ibi de necessitate est pluralitas realium rationum | p̄ cōsequēs simplicitati diuine est compositibilis distinctarum rationum realium multitudo. minor probatur. quoniam quicquid est perfectionis in creaturis | est & in diuinis ponendum | sed productio per modum naturalis originis & liberalis largitionis dicit perfectionem in creaturis | ergo a fortiori est deo attribuendum. quare propositum. per consequens sup̄remo rerum principio correspondet in esse proprio fecunditas productiua. **P**ro declaratione presentis articuli pono quatuor conclusiōes exprimentes positionem fidei & integre continentes. ex quibus probabitur & patebit veritas articuli. **P**rima conclusio. Tres rationes (.i. persone) in sup̄rema substantia subsistunt incommunicabiles | habentes essentialiter omnimodam vnitatem. **P**robatur conclusio sc̄m petrum de candida sic. **V**biq̄ est summa caritas | summa iocunditas | & summa bonitas : ibi est incommunicabilium rationum pluralitas. sed vbiq̄ est summa felicitas | ibi est summa caritas | perfecta iocunditas &

omnis bonitas · ergo ubicūq; est summa felicitas · ibi est inco-  
 municabilium rationū pluralitas · cum igitur in diuina substā-  
 cia sit summa felicitas · sequitur propositum · maior declaratur ·  
 nam ubi amor est ad alterum · ibi necessārio sunt plura · cum ca-  
 ritas non sit amor priuatus · ergo ubi caritas · ibi pluralitas · s̄  
 ubi iocunditas ibi societas · quia nullius boni sine socio fit io-  
 cundā possessio · vt ait seneca · ergo ubi iocunditas · ibi plurali-  
 tas · sed ubi bonitas ibi cōmūicatio · cum bonū sit sui ipius dif-  
 fusiū vt dicit dyonisius | ergo ubi bonitas · ibi ē pluralitas · p  
 cōsequens illa maior est vera · **O**mnoz vero patet · quia ubi ē su-  
 ma felicitas · ibi caritas · iocunditas · & bonitas · quoniam ubi ē  
 malum · odium · & tristitia · ibi miseria | & infelicitas · **P**robatur  
 per regulam topicalem · sicut oppositum de opposito · sic pposi-  
 tum de pposito · p cōsequens ubi felicitas · ibi bonitas · caritas  
 &c · **P**reterea ubi est summa fecunditas · ibi est inco-  
 municabilium rationum pluralitas · sed ubicunq; est summa perfectio · ibi  
 est summa fecunditas · ergo ubicūq; est summa perfectio · ibi  
 est inco-  
 municabilium rationum pluralitas · cum ergo in supre-  
 ma substancia sit summa perfectio · sequitur q̄ ibi sit inco-  
 municabilium rationum pluralitas · maior probatur · qm̄ ubicūq;  
 est omnis perfectio · ibi est denominatio perfectionis simpliciter  
 cum ergo fecunditas sit denominatio perfectionis simpliciter ·  
 sequitur propositum · minor patet · quia constat q̄ sterilitas q̄  
 est fecunditati opposita · est denominatio imperfectionis simpli-  
 citer · ergo fecunditas est denominatio perfectionis simpliciter ·  
**P**ropterea dicitur ysaie · lxxvi · p ipsum deum voce diuina quo  
 modo ergo qui alijs generationē tribuo sterilis ero **S**ecun-  
 da conclusio · vna istarum rationum inco-  
 municabilium est im-  
 pducta penitus · & alie per productionem suscipiunt esse deifi-  
 cum adequate · pbatur conclusio · in omn̄ ordine in quo nō ē p-  
 cessus in infinitū oportz de necessitate puenire ad vnū primū  
 s̄ int̄ illas racōs inco-  
 municabiles ē ordo · ergo oportz int̄ eas in-  
 uenire pncipiū vnū pmū · huiusmodi aut̄ portas int̄ illas rati-  
 ones n̄ potest itelligi prioritas duratiua · cū sit vna essentia vt  
 dicit prima conclusio · ergo de necessitate est prioritas originis ·

maior patet per philosophum | minor apparet | quia tunc vel ille rationes haberent ordinem ad invicem vel non | si sic habent propositum. Si non | videtur absurdum quod ille rationes careant ordine | a quibus inferiora derivatur omnis ratio ordinis ponderis & mensure | quare si inter illas est ordo originis | & non est possibilis circulus | quia tunc idem esset a seipso | sequitur quod inter illas est una improducta | et alie due producte sine imperfectione quos est propositum. ¶ Preterea ubi est plena fecunditas | ibi intelligitur omnis ratio productionis | sed in suprema substantia est plena fecunditas | ergo ibi est omnis ratio productionis | sine imperfectione | cum ergo omnis ratio productionis sine imperfectione sit de necessitate reducibilis ad binarium | videlicet ad modum intellectus & voluntatis | sequitur quod ibi sint due productiones | ergo de necessitate sunt duo producta & unum improductum. ¶ Tercia conclusio est hec | una productarum rationum incommunicabilium est producta per modum intellectus | & altera per modum libere voluntatis. Probatur conclusio | quoniam in divinis est plena fecunditas | ergo ibi est fecunditas intellectus & voluntatis | sed illa duo principia productiva sunt alterius rationis | ergo & productiones sunt alterius rationis. ¶ Tunc ultra | in divinis sunt principia productiva alterius rationis per modum scilicet intellectus & voluntatis. ergo ibi sunt tales productiones. sed cuilibet productioni correspondet terminus productus | ergo ibi sunt termini producti | unus per modum intellectus. & alius per modum voluntatis libere. ¶ Quarta conclusio | plures ad intra productiones quam duas alterius rationis existere | non patitur principiorum immensa fecunditas productiva. probatur. licet omnis pluralitas est reducenda ad unitatem. sed multitudo principiorum non potest ad unitatem reduci. cum principia habentia modos oppositos principiorum non possunt ad unum principium reduci. cum ergo intellectus & voluntas habeant modum principiorum oppositum. unum per modum nature. & alterum per modum libertatis. sequitur quod ista non possunt ad unitatem reduci. nec possunt ad minorem unitatem reduci quam ad dualitatem.

ergo de facto sunt tñ duo talia principia . & cum illa sint in diuinis ex plenitudine fecunditatis talis nature . sequitur q̄ ibi sunt tñ due productiones . Ex quibus predictis patet positio & veritas articuli de sancta trinitate | cuius radix in hoc consistit . quia fecunditas in natura dicit perfectionem | & deo attribuunt omnem perfectionem | & ideo sibi attribuunt omne rationem fecunditatis | cum ergo fecunditas sit per modum nature vel per modum libertatis | ideo istam duplicem fecunditatem deo attribuunt | & cum fecunditas solitudinem non patitur sequitur ibi esse consortium germanitatis | & ex ratione duplicis fecunditatis ternarius de necessitate consurgit . quomam ergo ibi non potest esse circulatio | ideo vnum improductum intelligitur | & duo producta | scilicet per modum intellectus & voluntatis . quia volitio cognitionem presupponit | ideo est vnū ibidem a duobus productum | & vnum ab vno tñ . que volentes iuxta humanam intelligentiam exprimere | improductum dixerunt patrem | productum vero ab vno solo dixerunt filium . & ab vtroq; processibilez dixerunt spiritum sanctum seu donum que quibus istis sint distincti proprietatibus | retinent tamen essentialem omnimodam vnitatem | cui nec gignere conuenit nec gigni . hoc est dicere . diuina essentia nec generat nec generatur quia actus sunt suppositorum id est personarum & cetera .

**P**reterea predictam positionem fidei amplius declarabo | & si non per demonstrationis medium | saltem per rationes probabiles & ostensiuas . **P**rimo ex sententia doctoris subtilis sic . Quicquid de ratione sua formali est principium productiuum in quocunq; est a se sine imperfectione | in eo est principium productiuum | sed memoria fecunda & summe perfecta | videlicet intellectus perfectus | habens obiectum intelligibile sibi sufficienter presens est productiuum principium noticie genite | ergo tale principium productiuum in quocunq; est a se sine imperfectione | in eo est principium productiuum secundum proportionem sue perfectionis | s; in summa substantia est memoria fecunda | quoz ibi semper est obiectum intelligibile quod est sua essentia sibi presens | ergo in deo est productio genite noticie cum igitur in deo non sit productio per modum accidentis vt in nobis |

quia hoc dicit imperfectionem: ergo ibi erit per modum subsistentis | & per consequens ex ratione fecunde memorie concluditur dualitas suppositorum | vnius in esse producentis | & alteri in esse producti | & per consequens ex ratione fecunde memorie ibi erit suppositorum pluralitas | quod est propositum.

**S**ecundo arguo ex parte voluntatis | resumendo eandem maiorem sic. Quicquid de ratione formali est sed voluntas perfecte fecunda: hoc est habens obiectum sub ratione boni ostensum: & necessaria complacētia | ad tale obiectum totaliter inclinatum est principium productiuum amoris adequati: ergo voluntas talis in quocumque est a se sine imperfectione | in eo est principium productiuum: sed in suprema substantia est voluntas perfecte fecunda. nam ibi voluntas talis necessaria complacential est ad suam essentiam totaliter inclinata | ergo ibi est productiuum principium amoris adequati | & ibi non potest esse per modum accidentis cum dicat imperfectionem: per consequens est ibi per modum subsistentis | & hoc per modum voluntatis. & per priorem rationem aliud per modum intellectus: per consequens ibi sunt duo producta | & addimus vnum producens | quare sequitur ibi esse trium subsistentium pluralitatem | quod est propositum.

**C**onsequenter ex certis principijs artis generalis argumentationes formande sunt ad probandum trinitatem personarum in diuina essentia fore. & primo sic. Illa bonitas que est infinita & eterna ratio | suo proprio & coessentiali substantiali bono infinito & eterno | quod agat siue producat bonum infinitum & eternum | est infinita bonitas & eterna: sed diuina bonitas est infinita & eterna | ratio deo | quod producat bonum infinitum & eternum. producentem autem vocamus patrem propter hoc quod de se producit: cum de alio ente bonum infinitum & eternum producere non possit. productum autem filium appellamus: cum sit productus de essentia patris. et aliam personam per quam pater & filius respiciunt se per bonum infinitum & eternum amare. dicimus esse spiritum sanctum spiritum: & sic sunt tres persone & non plures neque pauciores | immense & coequales | & vna diuina essentia: in processu quoad



modum supra signatum est. **R**ursus ex alio principio sic arguo. Nulla eternitas est infinita in bonitate | magnitudine | potestate | sine primo proprio necessario | & naturali eternitate eternato & eternare. sed dei eternitas est infinita in bonitate | magnitudine | potestate etc. ergo in diuina eternitate sunt primarie proprie essentialiter etc. eternans eternatum & eternare | quos trinitatem vocamus. **I**tem nulla gloria potest esse infinita sine infinito & eterno sibi coessentiali substantiali & naturali gloriante gloriabili & gloriare | sed diuina gloria est infinita ergo sunt infinite rationes | & res tres | glorians gloriatus & gloria re | quas sanctam trinitatem vocamus. **I**tem in nulla essentia est infinitus actus sine distinctione infinita existente inter infinitum agens agibile & agere | sed in essentia dei est infinitum agens infinitum agibile | & infinitum agere. & istos tres infinitos intranssecos actus | tres diuinas personas vocamus. **I**tem omnino illud per quod magis deus potest distare a contrarietate | est in ipso necessario | sed deus per propriam & sibi coessentialē naturalem infinitam & eternam concordantiam | potest magis distare a contrarietate | ergo in deo predicta concordantia est necessaria. illa autem est inter tres personas diuinas | que in essentia concordant. **I**tem nullum principium est infinitum nisi sit principium principians infinite & eterne | habens infinitum & eternum principiatum & principiare | sed deus est infinite et eterne principium ergo sunt infinitum & eternum principians principiatum & principiare | quod trinitatem sanctam appellamus. **I**tem nullus finis ultimus est ultima quies sine infinito quiescente quiescibili & quiescere | sed finis dei ultimus scilicet finis perfectionis est infinitus | ergo est quies infinita | per infinitum quiescentem quiescibilem & quiescere. que tres diuinas personas vocamus. **I**tem nulla bonitas potest esse infinita | sine equalitate sui coessentialis & naturalis bonificatiui bonificabilis & bonificare | sed diuina bonitas est infinita. ergo habet in se coessentialē bonificatiuum bonificabile & bonificare. coessentialē & naturales sibi & istos tres actus | intranssecos diuinas personas dicimus. **I**tem omnis essentia cum ociositate sue bonitatis magnitudinis durationis.

ptatis · veritatis · et aliarū dignitatū est minor q̄ sine ociofitate  
sed in effencia dei nulla est minoritas · ergo i ipsa diuina essen  
cia sua bonitas · magnitudo · eternitas · sapientia & potestas ic  
habent actus suos intrinsecos realiter distinctos | scilicet intel  
ligere · velle & amare · per quos trinitas sancta personarum si  
gnatur · **I**tem vnitas dei est magna · magnitudo autem vni  
tatis est vnire et indiuiduare vnum | quod non sit alius ratio e  
indiuiduitatis & distinctiois · & hoc in opere substanciali · Vn  
de si in deitate seu in dei vnitate vnitiuus vnibilis & vnire | sic  
essent vnum & idem essentialiter | q̄ non plures naturalit̄ non  
esset in eo magnitudo vnitatis · cum in ea non esset sic vnire  
quā esset alter numero indiuidue | sicut in voluntate non esset tam  
magnum amare | si amans ab amato non distingueretur realit̄  
sicut si ab eo realiter distmguatur · nam magnitudo non habe  
ret in quo se diffunderet & dilataret in tali voluntate perfecte ·  
& sic voluntas deficeret vnitati magnitudinis ratione subie  
cti · qui defectus malus esset & cōtrarius alijs formis & digni  
tatibus · Probatur ergo ex magnitudine vnitatis que magna  
non esset sine vnire magno · **P**rieterea in deo est pluralitas  
realis | & vnus in trinitate realiter distinctus ab altero · quoniam  
cum sapientia dei vere et clare intelligat in diuinis vnā rē  
ab alia distinctā · scilicet distincta supposita · sine quib⁹ impos  
sibile esset deum posse se vel aliud itelligere · nam suppositi est  
habere actum · et nō effencie · igitur deum habere in se distincta  
supposita quibus perfecte se et alia intelligit necesse est · nā pa  
ter intelligit se intellectuū · producendo intelligibilem scilicet  
filium · et intelligibilis intelligibiliter se intellectum · producen  
do cum intellectu itelligere · i. spiritum sanctum qui intelligit  
se productum ab vtroq; ipos in actu omnium dignitatum ne  
cessitatem · Ipse enim intellectuus intelligit se deum · sic et intel  
ligibilis et intelligere similiter · et scdm vnum intelligere com  
mune quod est sapiencia vel effencia diuina · et in hoc est perfe  
cta et completa vnitas intellectionis diuine · in se potestatē ha  
bens · alia et se perfecte intelligendi · quod non posset · nisi reali  
ter essent distincti · intellectuus · intelligibilis · et intelligere ·

**I**tem potestas dei est bona per bonitatem : & magna per  
 magnitudinem : & eterna per eternitatem : & sapientifica per sa-  
 pientiam : & amantifica per voluntatem | & gloriosa per gloriam  
 & virtuosa per virtutem : & vera per veritatem : perfecta per per-  
 fectionem . & sic de omnibus formis & dignitatibus que in deo  
 sunt | que omnes esse possunt per potestatem | hoc esse non potest  
 nisi in deo forent realia supposita & distincta ab invicem per nu-  
 merum individuatum personatum : quod potestatiuus qui est po-  
 testas sit bonus per bonitatem : & quod unus ut sic realiter non sit  
 alius | sed tres realiter distincti : & per hanc distinctionem om-  
 nes forme que idem sunt numero | per essenciam possunt esse si-  
 bi invicem : ita quod quelibet forma est ratio omnibus alijs for-  
 mis & dignitatibus | quod non esset sine operatione intrinseca  
 productiva | cum in essencia unum sint sine distinctione quacun-  
 que : sed in ipsa productione benedicta ipse productivus pro-  
 ducit productum . scilicet pater filium ex omnibus formis | scilicet  
 bonitate | potestate | magnitudine etc sub ratione et forma cuius-  
 libet . scilicet per bonitatem bonum : per magnitudinem magnam  
 etc | sed ipsa realis distinctio est inter producentem et productum  
 sicut inter generantem & genitum . **I**tem si in deo non esset  
 pluralitas suppositorum | potestas dei nihil posset in concordantia  
 & equalitate : que sunt essencie sue | cum in ente in quo non  
 est pluralitas | fore non posset concordantia nec equalitas . nam  
 tales proprietates de necessitate pluralitatem respiciunt termi-  
 norum . & sic deficeret potestati divine | subiectum concordantia  
 & equationis . & sequeretur quod in dei bonitate non esset con-  
 cordantia | nec equalitas bonificatiui bonificabilis & bonifica-  
 re . nec etiam in sapientia intellectivi intelligibilis & intelli-  
 gere et cetera . & sic maneret potestas dei defectiva in seipsa  
 & in bonitate & in magnitudine | et in omnibus alijs formis |  
 quod est impossibile . **I**gitur oportet quod in deo sit rerum plu-  
 ralitas distinctarum | ut potestas esse valeat in concordare et  
 equare bonificatiui bonificabilis et bonificare et omnium alia-  
 rum dignitatum .

**P**reterea . potestas divina est maior et nobilior in seipsa quam in creaturis

cum plus possit de bonitate & magnitudine & gloria etc in se ipso. quam in quocumque alio ente quod non sit deus. quia alia entia cum sint creata. non possunt recipere tantam bonitatem. magnitudinem. duracionem etc. quantam deus essentialiter habet in se ipso. Unde si benedictus deus non posset in seipso distinguere inter possificantium. possificabile. & possificare. cum ipsum distinguere de se conveniat cum esse & bono. posset plus in creaturis de magnitudine et bonitate etc. nam constat quod in creaturis posset distinguere. & distinguit inter possificantem possificabile & possificare. sicut in igne in quo est ignitius alius ab ignibili. & distinctus ab eo. ut forma a materia. siue etiam ut potentia passiva ab activa. sed cum hoc sit impossibile scilicet quod potestas dei sit minor in se. & nobilior posse habeat in creaturis quam in seipsa. cum contrarium sit verum & necessarium. Oportet ergo quod realis pluralitas sit in divinis. sine qua maior non esset potestas immo minor in seipsa quam in creaturis. ¶ Preterea alia ratio. deus in seipso operatur intrinsicice per amorem in quantum vivat. id est amat seipsum. Hec autem operatio est in sua voluntate. in qua sunt amans. amabilis. & amare. per istos tres est eius operatio. ac ipsi tres per huiusmodi operationem existunt. In hac vero operatione amoris quam deus habet intrinsicice. oportet esse concordantiam amantis amabilis & amare. bonam. magnam. gloriosam. eternam etc. per quam concordantiam deus est remotissimus ab omni contrarietate. que est opposita concordantie. que summa remotio dei. a contrarietate esse non posset. absque hoc quod deus esset substancialiter concordantius. sed cum concedendum sit in deo esse omne illud per quod magis distat a contrarietate. etiam imperfectione quacumque. oportet concedere quod in deo sit substancialiter concordantius. qui esse non valeat sine concordabili. & concordare. & sic habetur vera & realis concordia in deo que esse non potest nisi per terminos sibi invicem realiter differentes. cum concordia non sit inter amantem & amabilem & amare. in quantum sit in numero una eadem essentia. bonitas etc. sed inter ipsos in quantum sunt secundum operationem productivam iam dictam que esse non posset sine differentia amantis amabilis &

amare & in differēcia habet subiectum | per quod bonitas | ma-  
 gntudo ꝛc. possunt sibi inuicem concordare. Est ergo in opa-  
 tione diuina realis differēcia | per quam vera & realis plurali-  
 tas suppositorum habetur. **I**tem nobilius & excellentius opus  
 quod excogitari valeat est in deo necessario ponendū | tale em̄  
 opus est | quod siūne bonus & infinitus | ex tali sua essēcia perfe-  
 cte bona | producat bonum | sic quod productus sit de eadem essen-  
 cia numero. qui & ipsi distincti realiter | & vnus ab utroque | sicut  
 actus vnus ab utroque totus procedens. & ipse in illo vnico  
 actu cōnectēs. **A**d huc autem tale opus bonitatis est cōcedē-  
 dum infinitū esse per magnitudinem & immensum | vt ipse pro-  
 ductibilis nullo modo per quantitatem fore valeat limitatus.  
 nec productus sit in aliquo ociosus | & quod producere non rema-  
 neat in potencia | sed immensum actum existat vel producat. **I**tem  
 hoc maius opus oportet esse eternum | ne ipse productus pro-  
 ductibilis & producere | sint variabiles & comprehēsi per tem-  
 pus. ymmo sint in infinita duratione | sic quod nullo modo per te-  
 pus vel quodcumque aliud possint in aliquo variari. **I**tem ma-  
 ius opus bonitatis isto producto non valet ab intellectu crea-  
 tor (prout credo) firmiter speculari | & hoc idem sequitur de ope-  
 re magnitudinis & de opere extermitatis | & omnium aliarum  
 perfectionum quod superius dictum ē de opere bonitatis aut  
 potestatis. **I**tem maius opus non potest in deitate videri | quod  
 quod deificatus qui deitas est & deus sine distinctione | producat  
 deificabilem | per bonitatem | magnitudinem | potestatem ꝛc. dis-  
 tinctum numero ab ipso deificatus | existentem eadem diuini-  
 tas & deus cum deificatus | & quod deificare ab utroque totus dei-  
 ficatus | numero sit ab utroque distinctus | eadem deitas numero  
 & deus cum utroque existens. & sic per tale opus deus produ-  
 cit deum | & remanet vnus deus per essēciam in deificatus dei-  
 ficabili & deificare. ipsis ab inuicem distinctis per opus. **S**ed  
 cum in deo oporteat nos concedere. maius. melius. nobilius  
 & excellentius opus quod esse possit. & opus esse non va-  
 let sine distinctione operantis. operabilis & operari | oportet  
 nos necessario tenere distinctionem realem. & cōcedere in ope

quod deus habet intrinsece in seipso | qua distinctione concessa  
sequitur realis pluralitas in diuis. **I**tem quicquid in deo est deus est  
sed in deo est operatio sapiencie voluntatis potestatis etc. ergo illud  
opus deus est. deus est tantus per agentiam quantum per essentiam. quia  
nisi sit suum agere intrinsecum esset defectuosum. ergo est deus in ope  
intrinseco. inter operatum operabile & operari. per quam differentiam  
realis pluralitas est in deo. **I**tem alia ratio. sicut deus benedi-  
ctus per bonitatem est bonus. sic per libertatem liber est et remo-  
tus ab omni actione & seruitute. & per libertatem est sua boni-  
tas libera. et sic de magnitudine et eternitate et de alijs formis  
sed si in deo non esset personarum pluralitas. non posset in se  
ipso habere libertatem ad dandum. bonificare sibi metipsum. ta-  
liter quod bonificare sit vnus per seipsum. nam vnitas numeralis  
bonificatiui & bonificabilis. cogit bonitatem quod non habet li-  
bertatem per quam bonus possit dare alteri bono semetipsum  
sic quod non sit bonificatiuus & bonificabilis. **E**st ergo bonitas  
dei coacta. & ipsum bonum coactum. & destructa est libertas  
in dei essentia. sine pluralitate reali. Sed cum impossibile sit  
quod in deo sit libertas & liberalitas. oportet fore pluralita-  
tem in eo. per quam bonificatiuus sit liber. ad dandum esse bo-  
nificabili. & ambo dant esse ipsi bonificare omnibus existentibus  
ab inuicem distinctis. **I**tem voluntas dei magna velle  
nequid absque libertate per quam valeat quicquid vult libere  
velle. hanc vero libertatem nequit habere. nisi in eo sit rerum  
pluralitas distinctarum. sine pluralitate enim non habet liber-  
tatem ad volendum amatum distinctum ab amatiuo. si ama-  
tiuus sit vnus numero cum amato. nam ex tali vnitate oritur  
contrarietas resistens. quod voluntas coacta per vnitatem nu-  
meralem. non possit amare alietatem existentem inter aman-  
tem. amatum. & amare. Si autem in deo sit pluralitas sup-  
positorum. est voluntas libera in amare vnum amatum & ali-  
um amantem. & vnum amare amorum. per quam libertatem  
voluntas est magna in amare alietatem & distinctionem  
personalem amantis. amati & amare. oportet ergo in deo esse  
pluralitatem vt in amare voluntas habeat libertatem.

**I**tem gloria dei absq; pluralitate non habet libertatem in glorificatio glorificabili & glorificare alium gloriosum. vnitas enim numeralis cōstringeret ipsum glorificatiuum et glorificabilez & glorificare| ex qua coactione oriretur p̄na cōtra gloriaz| etseruit? contra libertatem: quod est impossibile Si vero in deo sit pluralitas| & ipsa pluralitas subiectum in quo gloriosus habet libertatem ad glorificandum alium gloriosū| & ipsi ambo habent similiter libertatem ad glorificādum ip̄m glorificare ex vtroq; productum. Est ergo necessario pluralitas in diuinis| vt in ipsa dei gloria sit personarum potestas.

**I**tem pluralitas in diuinis non debet esse quaternitas. nā cum excedat numerum ternarium & resultat quaternari? liam trāsitur ad aliud genus vel speciem aliam: que non est species bonitatis. nulla enim potentia naturalis est | que in sua ppria natura sibi essentiali quaternario indigeat numero: sed ip̄o ternario est perfecta. nec in minori numero potest esse pluralitas in diuinis q̄ ternario: ex hoc enim deficeret magmtudo bonitatis eternitatis potestatis & ceterarum dignitatum & maioris concordantie: qui defect? est impossibilis ac intelligibilis hunc numerum diligenti intuenti. **P**reterea in deo benedictio ratio est bonitas bono| q̄ producat bonum. & magmtudo est ratio bonitati q̄ magnum bonum producat| & eternitas similiter est ratio bonitati q̄ bonum eternū producat ic̄: sed cū hęc rationes non valeant in deo existere ociose. Oportet q̄ p̄ducat bonus| bonum| magnum| eternum. Bonus vero non potest producere alium bonum immensum & eternum: nisi ipse sit bonus immensus & eternus| et de ipso toto ipsum p̄ducat nec est intelligibile q̄ de alio a se posset producere bonum immensum & eternum| cum esse non valeat nisi vnica bonitas immensa & eterna. Sed quia in deo est productio bona immensa & eterna. oportet productiuū esse patrem: cum de tota sua natura producat productum sibi similem & coequalem| quem oportet filium esse. Modus autem quo produciens distinctum producat eic̄sm q̄ potest totam naturam suam communicans| generatum nuncupatur. Ipsum autem producere oportet sp̄i

ritum sanctum esse | cum sit ex ambobus. nam sicut filio cōper-  
tit natiuitas: cum sit generatus a patre. sic ipsi producere con-  
gruit spiratio passiuā: cum a productiuo et producibili totus  
procedat. Est ergo pluralitas in his tribus proprietatibus p-  
sonalibus | scilicet paternitate | filiatione et spiratione: cū nulle  
alie sufficerent magnitudini productionis bonitatis eternitatis  
glorie ꝛc. quod per se patet diligentius intuenti.

**Articulus tercius de nomibus dei qui est innominabilis.**

**D**ILATO in thomeo seu in libro de creatione mundi sic  
ait. Genitorem vniuersitatis tam difficile est inuenire  
q̄ inuentum impossibile est digne proferri.

**T**EROMEGETVS philosophus (teste Lactācio libro  
primo diuinarum institutionum) tale perhibet testimonium de  
diuinitate. **Deus vnus est inquit non indigens nomine.** est enī  
qui sine nomine est. Deo ergo nomen est. quia solus | nec opus  
est proprio vocabulo | nisi cum discrimnum .i. distinctarum ra-  
tionum vel proprietatum personaliū exigit multitudo. vt vnā  
quamq; personam nota et appellatione designet. **Deus autem**  
quia semper vnus est. proprium nomen deus est. **ARISTO-**

**TILES** in libro de causis sic loquitur. **Prima causa ē su-**  
**pra omne nomen quod nominari potest.** Item in eodem. **Cau-**  
**sa prima superior est omni narratione | et deficiunt lingue a nar-**  
**ratione eius.** **SIBILLA** Erithrea (vt testatur Lactācius  
vbi supra) sic vaticinata est. **Deus immutabilis est: cuius no-**  
**men nullum verbum capere potest | emittens ignem | alia trans-**  
**latio habet igneum solium: hoc deus est.** **SENECA** in libro  
sexto naturalium questionum de deo sic philosophatur. **Eun-**  
**dem quem vulgus iouem dixit | nos periti rectorem q̄ custodē**  
**vniuersi | animum ac spiritum mundi operis huius: deum & ar-**  
**tificem intelligimus. Cui nomen omne conuenit. Vis illum fa-**  
**tum vocare | non erabis. hic est causa causarum | ex qua suspen-**  
**sa sunt numna | et effusa sūt omnia. Vis illū diuinā prouidentī-**  
**am dicere | recte dicis | est enim cuius filio huic mūdo prouidet |**



vt inoffensus exeat & actus suos explicet. Vis illū naturā vocare non peccabis. hic est ex quo nata sunt omnia. cuius spiritu vivimus. i. eius spiritus vivificat nos. Vis illū appellare mundum non falleris ipse enim est hoc quod vides. totum suis partibus inditus. & se sustinens & sua. i. ipse est in omni creatura per essentiam suam. **I**dem **SENECA** in libro quarto de beneficiis. Infiti sunt nobis omnium etatum. omnium arcium semina. magisterque ex occulto deus producit ingenia. natura inquis hec michi prestat. non intelligis te cum hec dicas. nomen hoc mutare deo. **Q**uid aliud est natura quam deus & divina ratio. toti mundo partibusque eius inserta. hunc eundem si fatum dixeris non menderis. namque fatum nichil aliud est quam series implexa causarum. ille est prima omnium causa ex qua cetera pendunt. **Q**uecumque voles illi nomina propria aptabis. vim aliquam effectumque celestium continentia. **T**ot appellationes eius possunt esse quot munera. **N**unc & liberum patrem quia omnium parens sit. & herculem quia vis eius munda sit. ac mercurium nostri putant. quia ratio apud ipsum est numerusque ordo ac scientia. **Q**uo te cumque flexeris ibi illum videbis occurrentem tibi. nichil ab illo vacat. opus suum ipse implet. ergo ingrattissime mortalium qui te negas deo debere. sed nature. quia nec natura sine deo nec deus sine natura. sed idem est uterque. distat officio. **S**i quid a seneca accepisses. an eo te debere dicere an lucio. non creditorem mutares sed nomen quoniam siue pre nomen est siue cognomen. **I**dem tamen ipse est. **S**ic naturam voca fatum. fortunam. omnia eiusdem dei nomina sunt. varie utentis potestate sua. **A**RISTOTILES Plurima deo nomina imposuit. nunc vocat eum primum & eternum ens nunc primum motorem immobilem. nunc primam causam. nunc unum principem mundi. nunc substantiam eternam. simplicem. infinitam. nunc supremam intelligentiam. nunc actum purissimum. nunc causam finalem omnium. hec omnia patent in precedentibus primo & secundo articulis & cetera. **HERMES** **V**aticinatorum quarto libro. cui logos series. i. sermo perfectus inscribitur sic locutus est. & asserendo attestatus est

Dominus ait ac omnium creator. quem deum vocare censent  
 qui secundum deum. unum & primum & solum sensibilem fecit. non ideo  
 quia ipse sentiat. sed quia in sensibus se submittit & in mentem  
 vel quod ad mentem suggerat. omnium bonorum plenissimum.  
 sanctificavitque & valde amavit quasi suum filium. **Q**uestio.  
 quod nomen habebat dei filius. tam potens. tam carus patri.  
 ante mundi exordium. Cum inquit non convenit nobis scire no-  
 men eius. ne angelis quidem notum esse qui morantur in celo  
 sed soli deo patri. nec enunciare posse. vel effari hominis ore.  
 nec sanctis litteris traditum est. Sic hermes docet in libro de  
 verbo eterno. Dicens causam huius esse divini boni voluntas.  
 cuius nomen non potest humano ore dici. Et paulo post. fili-  
 us dei & deus est. secretum verbum sapientie. sanctum. de so-  
 lo domino omnium & presciente omnia. quem dicere supra ho-  
 minem est. Sed quis. ut testatur laetantius libro quarto in-  
 stitutionum divinarum. nomen eius quod ei a principio pa-  
 ter summus imposuit. nullus alius preter ipsum sciat. Ihesus  
 quippe inter homines nominatur. Nam christus non est proprium  
 nomen. sed nuncupatio potestatis & regni. Sic enim iudei reges  
 aut sacerdotes unctos sacro unguento affecto appellabant. loco cu-  
 ius unctioms romani reges purpura induunt. in signum regie di-  
 gnitatis. **S**IBYLLE quoque erithrea. filium dei. ducem. impa-  
 torem. nutritorem. creatoremque omnium predicat. qui dulcem spi-  
 ritum omnibus apposuit & principem omnium deorum fecit.

Quartus articulus de proprietatibus & dignitatibus dei. & pri-  
 mo de scientia dei.

**Q**uod deus scit omnia et novit cordium secreta. **T**ALES  
 milesius philosophus interrogat. an facta hominum deum laterent.  
 nec cogitata inquit. non igitur tantum manuum sed mentes puras  
 habere curent. nam celeste numerum secretis nostris semper  
 astitit cogitationibus. Nec valentius maximus libro viij. de dictis & fa-  
 ctis memorabilibus romanorum. **C**ARISTOTILES de bo-  
 na fortuna in tali libro ait. deus melior est intellectu & scientia  
 deus bene vidit presenciam preterita et futura.

q̄ deus cognoscit alia extra se & habet no-  
ticiam omnium particularium rerum.

**R**ationibus philosophorum probandum erit. q̄ deus re-  
rum omnium singularium & corruptibiliū hēt cog-  
nitionem actualem | & scit futura contingentia & presen-  
tia | et scit actus indiuiduorum : contra aristotilem & auerrom  
qui errauerunt in isto articulo . vt patet . xij . methaphisice com-  
mento quinto ¶ **P**rimo arguo sic . Deus primario intelligit se  
& secundo alia a se | quia omnia relucent in deo tanq̄ causa  
ta & dependentia in sua causa | & ideo ex noticia proprie essen-  
cie | fertur secundo in noticiam causatorum : cum omnia entia  
includuntur in deo veriori modo & perfectius q̄ in seipsis . vt  
ait commentator . xij . methaphisice cōmento . ix ¶ **S**ecundo  
sic . Si deus non cognosceret causata inferiora particulariter &  
distincte | sequeretur q̄ homo plus sciret q̄ deus : nam homo scit  
actus suos & cogitationes & volitiones | & hec nescit deus vt  
dicit aduersarius | ergo maior scientia est in homine q̄ in deo :  
per consequens ignorantia cadit in deum | quod est predicatū im-  
perfectionis quod non est attribuendum deo . p̄ philosophum  
xij . methaphisice . ¶ **T**ercio sic s̄m marfilium p̄cedendo iuxta  
lumen naturale . Deus intelligit aliquod distinctum a se ¶ **I**sta  
conclusio videtur esse de mente philosophi . & patet manifeste  
x . libro ethicoꝝ capitulo . viij . vbi dicit . s̄m intellectū operans  
& habens animum optime dispositum | deo amantissimus esse  
videtur | vbi videtur velle q̄ deus amat rem ad extra . modo si  
deus amat rem ad extra | scilicet hominem virtuosum & bonum  
ergo cognoscit rem & actus suos virtuosos | per consequens in-  
telligit rem particulariter in istis inferioribus . Item in eodem  
capitulo philosophus dicit . Si cura est deo de hominibus vt  
dicitur | creditur & determinatum est | & gaudens est de eo qui  
melior est . vbi videtur innuere q̄ deus sollicitatur de indiui-  
duis . Et si diceres philosophus loquitur conditionalit̄ . si cu-  
ra est deo | ergo auctoritas nihil probat : ex quo conditionalis  
nihil potest . Respondetur q̄ illa conditio tollitur cū subiūgit̄

vt dicitur | credit et determinatū est. ¶ Item ad illā conclusiōez  
est auctoritas amētatoris in .xij. methaphisice | vbi dicit : na  
tura regulata est in opibz suis | quīs n̄ cognoscat . qz regit̄ ab  
ente infallibili ¶ Et cū igit̄ natura dirigit̄ ab ente infallibili | vel  
illud agēs agnoscit naturā | et sic hēt̄ ppositū | vel n̄ agnoscit  
eā . tūc sequit̄ qz ad dirigēdū eā : de? idigeret alio dirigēte | co  
gnoscēte naturā . qd̄ videt̄ esse absurdū . Et mlte alie sunt au  
toritates ad illud ppositū | q̄s videt̄ p̄hs locut⁹ fuisse ī lumī  
ne naturali . dicit em̄ ī .iij. ethi . de? ciues hōrare deū ¶ Quar  
to arguit̄ sic . Quicqd̄ mouz actiue p̄ intellectū et volūtate | itel  
ligit aliqd̄ extra se | s̄ de? ē hui⁹mōi . igit̄ . maior ptz . qz hoc in  
telligit motū quē facit | et mobile qd̄ mouet | non enim est hoc  
ymaginabile | quod aliquid moueat aliqd̄ causatū | et nec velit  
nec intelligat ip̄m | si mouet per intellectum & voluntatez . im  
noz patet ex textu p̄hi . nā alius modus mouendi deo attribui  
non potest | nisi per intellectum et voluntatem . scilicet quia intel  
ligit mobile | et vult motum cum mouet ipsum mobile ¶ Quī  
to sic . quicquid p̄fectissime cognoscit efficientem alicuius : &  
eo modo quo est sufficiens ad producere | illud cognoscit etiā  
illum effectum | sed prima causa p̄fectissime cognoscit causam  
efficientem vel sufficientē prime intelligentie dependētis | igit̄  
intelligit prima intelligentia dependentez | igitur aliud a se | cū  
prima causa non sit dependens | maior rationis patet . quia nō  
potest cognosci causa nisi effectus siue causatum cognoscatur  
minor p̄batur . da oppositum qz prima causa illud non agno  
scat . sequitur oppositum antecedentis : scilicet qz non p̄fectis  
sime intelligit ipsam . quia p̄fectius posset ipsam intelligere  
si intelligeret eam prout potest in illum effectum ¶ Confirma  
tur . Quia effectus sunt talis uature : qz representant suaz cau  
sam et magis q̄ se . igitur p̄fectissima cognitio cause p̄fecte  
representaret effectum | cum magis relucet effectus illius in cā  
q̄ e contra . consequentia tenet : cum totum esse effectus uirtu  
aliter includitur in esse cause | & non e contra . Antecedens pa  
tet de speciebus representantibus colores | ratione quarum co  
lores sentiuntur : et ipse tamen sunt insensibiles . minor patet .

quia ipse deus perfectissime cognoscit seipsum: et ipse est totalis causa et sufficiens prime intelligentie dependentis: cum ipsa aliam causam non habet quam deum et cognoscit se etiam prout est causa. ¶ Sexto probatur sic. vel deus intelligendo perfecte suam essenciam intelligit eam posse in aliquem effectum vel non. Si primum sequitur quod deus intelligit effectum necessario et cum ipse non sit effectus sequitur quod intelligit distinctum ab eo. Si secundum sequitur quod deus non perfectissime suam essenciam intelligeret. quia non intelligit se tantum quantum intelligibilis est cum nos eum intelligimus esse causam omnium citra eum et ipse hoc non intelligeret. immo philosophus aristoteles hoc intellexit cum dixit. Ab hoc quidem ente dependet celum et tota natura. primo celi. ¶ Confirmatur intelligere res nullam videtur importare imperfectionem ergo sequitur quod conveniat deo: cum ipse est summe perfectus.

¶ Secunda conclusio. Deus intelligit omnia alia que sunt extra ipsum siue sunt siue fuerunt siue erunt. etiam metaphysice loquendo et in lumine naturali. probatur conclusio sic. concedendum est deum intelligere aliquid extra se: et non est potior ratio de uno quam de alio igitur etc. maior patet per conclusionem primam. minor patet. quia non videtur quomodo essentia divina simplicissima possit esse representativa sibi unius rei dependentis et non alterius cum quelibet res citra eam est dependens. et si sic habet propositum. ¶ Item si deus perfectissimam rem dependentem representare potest ut intelligentiam supremam tunc sequitur quod etiam minus perfectas. divina tenet. quia quicquid potest in maius potest etiam in minus per regulam topicam. Et si diceres. Deus res sibi immediatas intelligit. quia est immediata earum causa sed res longe distantes non videtur intelligere. quia non immediate dependent illa inferiora ab eo sed mediante celo hoc nihil est dicendum. nam si deus intelligit se et primum ens dependens ipse intelligit et tertium ens. quia per sufficientes causas eius et mediante ipso met et secundo dependente et tertio intelligit quartum et eodem modo et sic in infinitum. ¶ Secundo probatur conclusio sic. nisi deus intelligeret omnia alia a se sequitur quod non intelligeret ipse perfectissime seipsum apprehensive!

consequens non conceditur in lumine naturali. probatur con-  
sequentia vel sequela. quia si perfectissime deus se intelligi com-  
prehensivè | tunc necessario intelligit omne quod in eo relucet. mo-  
do omne ens mundi relucet in eo tanquam in sua causa necessaria:  
igitur omne ens extra ipsum deum intelligit se perfectissime intelligē-  
do. **T**ercia conclusio. Cognitio divina respectu omnium aliorum ad  
extra est perfectissima. quia summe distinctiva. patet. quia sicut ipse est  
perfectissimus | sic cognoscit illa que noscit perfectissime. Item sicut  
ipse deus est causa omnium: ita est causa distinctissime representativa  
omnium. **Q**uarta conclusio. omnem modum rei. omnem conue-  
nientiam. omnem differentiam. omnem bonitatem. omnem maliciam et  
obliquitatem deus perfectissime novit. patet. quia deus omnia  
cognoscit per secundam conclusionem | & illa perfectissime per terciam  
conclusionem. **C**orrelarium. etiam in lumine naturali & ex in-  
sistitu nature. i. humana ratione vitandum est male agere. pa-  
tet. quia deus omnia videt & ille est ubique ut infra probabitur.  
**I**tem quod deus particularia | singularia & vilia ac illa inferiora  
scit & intelligit post petrum de candida probabo aliorum philoso-  
phorum rationibus. Deus seipsum perfectissime cognoscit | er-  
go cognoscit se secundum rationes suas extrinsecas & intrinsecas | con-  
sequentia patet. quoniam ex opposito sequitur oppositum | quia  
si non cognosceret se secundum omnes conditiones intrinsecas et exter-  
nas | tunc non cognosceret quante est cognoscibilis | per dominum non se  
perfectissime cognosceret. Tunc ultra. deus cognoscit seipsum secundum  
omnes conditiones suas extrinsecas & intrinsecas | sed conditio sua est  
quod sit finis omnium rerum | per philosophum. xii. metaphisice: sed impossibile est  
ipsum cognoscere se esse sine talis vel talis rei | nisi cognoscat illam  
rem particulariter & distincte | quia alias eius cognitio esset tantum-  
modo universalis & confusa | et per dominum habet distinctam noticiam omnium  
rerum causarum. **P**reterea cognitio causis extrinsecis et intrinse-  
cis alicuius rei singularis cognoscitur & illa res singularis. ut  
patet per philosophum primo philosophorum dicentem | tunc arbitramur unumquodque  
cognoscere | cum casus eius & principia sunt materia & forma sunt  
causae intrinsece oppositi | & agens universale et agens particularis  
sunt causae extrinsece oppositi vel talis | ergo his cognitio.

cognoscitur singulare|cum ergo deus cognoscat quicquid cau-  
 saliter continet & virtualiter|et quia tam materiam q̄ formaz  
 continet virtualiter|& similiter agēs particulare continet causa-  
 liter|quia nō agit nisi in virtute primi|sequit̄ q̄ deus distin-  
 cte cognoscat illud particulare seu singulare|& qua ratione vnū  
 eadem ratione & aliud. ¶ **P**reterea|si deus habet aliquam notī-  
 ciam que ex sua ratione dicit minorem p̄fectionē|a fortiori ha-  
 bet noticiam perfectiorem|sed noticiā singularis est perfectior  
 q̄ noticiā vniuersalis|ergo si ab istis philosophis attribuitur  
 deo vniuersalis noticiā|a fortiori debet sibi attribui noticiā rei  
 singularis|immo probatur quia quelibet noticiā que attingit  
 rem sc̄dm quod est|est perfectior q̄ noticiā sic non attingens.  
 sed noticiā rei singularis attingit rem sc̄dm q̄ est|non autem  
 vniuersalis noticiā|quia vniuersalia non sunt aliquid preter  
 illa singularia vt vult ipse met philosophus .vij. methaphisi-  
 ce .disputans contra platonem .d. quicquid est|nō est|nisi per  
 esse indiuiduorum|ergo patet q̄ noticiā vniuersalis nō est im-  
 mediate ad esse mdiuidui|sed potius ad aliquam rem singula-  
 rem communiter designans|quare propositum. ¶ **P**reterea im-  
 possibile est cognoscere perfecte aliquod gen⁹|nisi cognoscantur  
 sue differentie & passionēs|sed deus perfecte cognoscendo  
 sc̄ptum|cognoscit ens|ergo eciam passionēs entis cognoscit.  
 & per consequens cognoscit singularia|probatur cōsequēcia.  
 quia passionēs entis sunt singulare & vniuersale. **S**i dicat̄.  
 hoc est verum de singulari prout est quidam termin⁹ cōmūis  
 non autem prout est quoddam mdiuiduū demonstratum natu-  
 raliter. **C**ōtra|tūc sequit̄ q̄ noticiā dei ē cōfusa|nā tūc de⁹ co-  
 gnosceret singulare esse|et tñ nullū singulare cognosceret esse.  
 sicut nūc scio aliquē hominē esse sortē|nullū tñ scio hominem esse  
 sortē|s̄ cōstat q̄ sic cognoscere|ē cōfuse cognoscere. ¶ **P**reterea  
 in quibuscūq; potēcijs essenciatur ordinatis|quicqd potest in-  
 ferioz potest supioz mō p̄fectiozi|s̄ virt⁹ cognoscitiua hominis  
 essencialit̄ subordinatur virtuti cognoscitiue dei|ergo quicqd  
 potest virt⁹ cognoscitiua hoīs|potest & virt⁹ dei intellectuā.  
 sed homo peruenit ad noticiā rei singularis|ergo a fortiori.

modo perfectiori | cognoscit illud idem virtus cognoscitiua dei  
Nam stulcius nichil potest dici | q̄ q̄ homines plura sciunt q̄  
ipse deus | cum omnes homines naturali instructu | sine quacūq;  
legis informacione deum clament iudicem in rebus occultis.  
Pro maiori predictorum declaratione ex dictis doctoris sancti  
notandum est. q̄ deus cognoscit singularia. omnes enim p  
fectiōes in creaturis inuēte. in deo p̄existūt sc̄dm̄ altiozem &  
em̄nētiore modum. Nam dicit dyom̄si⁹ p̄hs de di. no. ca. v.  
q̄ de⁹ in vna essēcia oīa p̄habet. q. di. in deo sūt p̄fectiōes  
oīm̄ rez | eo q̄ ē causa oīm̄. cognoscere aut̄ singularia p̄tinet ad  
perfectiōem nr̄am. vñ necesse est q̄ deus singularia cognoscat.  
Nā & p̄hs p̄ m̄cōuenienti habet | q̄ aliquid cognoscat a no  
bis | q̄d̄ nō a deo cognoscat. Vñ cōtra empedocle arguit i p̄ri  
mo de aīa | & i. in. methaphisice | q̄ acciderz deū esse m̄h̄piētissi  
mū si discordiā ignoraret | s̄ p̄fectiōes que in inferioribz diuī  
dūtur in deo simpliciter & v̄mte existūt. Vñ licet nos per aliā  
potēciam cognoscam⁹ vniuersalia & immaterialia. & p̄ aliam  
singularia & materialia. de⁹ tñ p̄ suū simplicē it̄lectū vtrūq;  
cognoscit. S̄z qualiter hoc esse possit. dicere quidā voluerūt q̄ p  
causas vniuersales. alij dixerūt q̄ de⁹ cognoscit singularia ap  
plicādo rācōes vniuersales ad particulares effect⁹. sed hoc ni  
chil est. quia nullus potest applicare aliquid ad alterum nisi il  
lud p̄cognoscat. vñ dicta applicatio nō potest esse ratio co  
gnoscendi particularia. sed cognōz singulariū p̄supponit. Et  
ideo aliter dicēdum est. q̄ cū deus sit causa rez. p̄ suam scien  
ciā. sicut sciēcia artificis ē causa artificiatorz. ec q̄ artifex opa  
tur p̄ suū it̄lectū. Vñ oportet q̄ forma it̄lectus sit p̄nci  
piū operationis. sicut calor est p̄ncipiū calefactionis. Et qui  
dē sapiens est. vniuersas creaturas & sp̄ūales & corporales.  
non quia sunt. ideo nouit deus. sed ideo sunt quia nouit eas.  
cum igit̄ sciēcia dei est causa rerum in tantū extendit se scien  
cia dei. in quātum se extendit sua causalitas. Vnde virt⁹ actiua  
dei. se extendit non solum ad formas a quibus accipitur ratio  
vniuersalis. sed eciam vsq; ad materiā. necesse est q̄ sciēcia  
dei vsq; ad singularia se extendat que p̄ materiā indiuiduātur



Cum enim sciat alia a se p̄ essenciam suaz inq̄ptū est similitudo  
 rez velut p̄ncipiū actiuum eoz | necesse ē q̄ essencia sua sit p̄i  
 cipium sufficiens cognoscendi oīa q̄ p̄ ip̄m sūt | non solū in vni  
 uersali | s̄ etiaz in singulari. Et esset filie de scientia artificis : si  
 esset p̄ductiua totius rei scz domus | campane | annuli | calicis et  
 non forme tm̄. Vnde deus cognoscit tā vniuersalia q̄ singula  
 ra : non p̄ species intelligibiles | s̄ p̄ suam essenciaz | vnica intel  
 lectione que est deus met̄ ic̄ ptz. xij. mathaphisice. ¶ Preterea  
 quidā insipientes dixerūt. q̄ deus non habet noticiā certā de  
 futuris contingētibz aut de singularibz rebus. nam moueban  
 tur ex hoc. quia multum ex hoc eius intellectus vilesceret : si in  
 telligeret deus res viles et imperfectas et indignas. Secūdo  
 ideo | intellectus p̄ficiatur a re intellecta : et recipiat aliquid ab  
 intellectu. modo deus non p̄t p̄fici | cū sit p̄fectissimus. Contra  
 hoc arguit̄ ex sententia doctoris acuti quadruplicat̄. Primo qz  
 eadem rōne non intelligeret suā essenciam | cum ab ip̄a eius in  
 tellctus nihil recipiat nec mutetur ab ea. Secundo qz potē  
 tia cognitiua quanto nobilior et perfectior | tanto communior  
 et generalior siue vniuersalior : sed intellectus diuinus est nobi  
 lissimus. igitur cognoscit omnia : scz superiora et inferiora : &  
 singula indiuidua et eoz opa. Tercio qz si obiecta sensibilia vi  
 lificaret̄ potentiaz cognitiuā : tunc multū ignobilitaret̄ intelle  
 ctus in prudētia arte et scientia p̄spectiua. Quarto qz diuina vo  
 luntas cōtinet supereminenter omnia contingētia et virtualit̄ in  
 sua essencia necessaria | sed tale rēpresentatiuum : est sufficiens ad  
 perfecte cognoscendum omne ens. p̄ns p̄teritum et futurū : cū  
 ommbz circūstancijs et p̄ncipijs indiuiduantibus. p̄bat̄  
 Si hō q̄ agit tm̄ v̄tute p̄imi agentis cognoscit singularia. er  
 go et deus. qz quicquid est causa cause et causati. ¶ Ideo dico  
 q̄ diuinus intellectus clarissime cognoscit omnia contingētia :  
 tam p̄ntia q̄ futura : cū circa omnia sit eius vniuersalis promi  
 dentia : quam etiam p̄bi nō negauerūt Tuli⁹ seneca et plato.  
 ¶ Preterea. si deus intelligit bona & optima | & ergo vilia et  
 mala. consequentia tenet. quia oppositorum eadem est ratio &  
 disciplina : cum priuatio cognoscatur per suum habitum.

De alia proprietate diuina scilicet de infinitate dei.

**D**eus est infinitus & perfectus. **ARISTOTELIS** .vij. libro phisicorum ait. deus est infiniti vigoris intelligitur de infinito s<sup>m</sup> potentiam aut virtutem: & non s<sup>m</sup> magnitudinem vel quantitatem.

**APULEIUS** libro de deo socratis sic ait. Summus de<sup>9</sup> infinitus est | non solum loci exclusione sed etia<sup>3</sup> nature dignitate. nihil ergo deo potentius & perfectius est. Et differt ab hominib<sup>9</sup> loci sublimitate. vite perpetuitate et nature perfectione.

**PROCLUS** philosophus platonicus in sua elementatione theozica siue theologica dicit. omne super ens infinite potentie est. **Q**uod infinitum ens ab alia causa non subsistit | s<sup>ed</sup> ipsum est ingenitum.

**N**unc rationibus philosophorum p<sup>ro</sup>bo. q<sup>od</sup> infinitatis positua conditio sit demonstrabilis de primo principio .i. deo.

esse pristinum . ¶ **L**actancius vbi supra dicit . nemo igitur que-  
rat a nobis . quomodo fieri potest resurrectio mortuorum . Di-  
uinoz enim operum non potest reddi ratio . cum vates & po-  
ete & philosophi nobiscum in hoc consenciant . Sed creda-  
mus a deo omnipotente restitui veterem hominem . qui nouum  
mstituit & fecit . ¶ **S**ibilla erithrea . Deus tunc cum qui a pn-  
cipio fuerunt ad vitam restaurauerit . mille annis inter homi-  
nes versabitur . eosq; iustissimo imperio reget . Vates nume-  
rum certum pro incerto posuit . i . mille annos pro infinito &  
eterno tempore . ¶ **S**eneca in septimo libro suozum naturali-  
um . feminam exanimem refert ad vitam redisse . Et puez qua-  
tuoz annis in communi spectaculo mortuum . refert totidem an-  
nis post mortem vixisse . ¶ **V**arro & porphirius quosdam re-  
surrexisse ferunt ex mortuis . vt narrat augustinus libro . xxi .  
de ciuitate dei capitulo septimo .

¶ Idem articulus pbatur rationibus decem

**N**unc plioz racōes q̄ resurrectio hoim̄ defunctorū  
fit possibil̄ . ymmo iusta & necia . in mediū adducā?  
dignū est . Primo sic argumētandū est . Resurrectio  
est anime & corpis morte separatorū iterata diūctio .

tam anime quam corpori pro facti qualitate | premium vel pena est conferendum. Vtrūq; em̄ bene vel male merendo laborat. Omnis autem res bene vel male laborans | premio debet gaudere vel pena dampnari. Si em̄ aliter esset | nō esset in deo plena iusticia | que bene merentes remunerat | & punit dampnandos pro malicia sua | ergo tam corpus q̄ anima pro facti sui qualitate | sibi sentiet a deo iusto & pio iudice compensari.

**P**reterea totus homo retributionem perpetuam consequetur | totus quidem | quia corpus & anima sicut premissum est. perpetuam autem remunerationem a deo recipiet homo | qz voluntas perpetua retribucōe gaudebit eterna. pbatur sic | voluntati hominis cum effectu mōtū in ipsa est premium et penam equum est compensari. Bona enim voluntas premio | mala debet esse digna pena. Si ergo homo voluntatem habeat perpetuo famulandi deo cum effectu quantum in ipsa est | & nō stat per eum q̄ perpetuo vivat. recompensandum est perpetuum premium sic volenti | patet ex descriptione iusticie. Iusticia est que bene merentes remunerat | & malos punit | iuxta quantitatem meriti penam & gloriam recompensans. Mereri autem apud deum dicitur | qui nulla necessitate compulsus libens deo facit quod tenetur facere. vt obedire deo | ipsum amare. et honorare. Male vero meretur. qui debitum deo creatori & rectori suo cui debet & obligatur. non persolvit cum possit. Preterea ex sententia aliam. Homo resurget in carne quam habuit. & anima sua de novo vivet. nisi enim resurgeret. non recompensaretur. hominum plena retribucio meritorum. cum totus homo vt predictum est. eam debeat obtinere. caro autem nisi fuerit spiritu vegetata. dampnationem vel gloriam sentire non poterit. ergo spiritu vivificetur. & ei spiritui vivetur caro. Sed in resurrectione hominis nova caro que non meruit non debet assumi. s̄ in qua meruit. & idem spiritus pari modo. Nam si alia caro vel alius spiritus assumeret. aliud esset homo qui prius nichil meruerat. & sic caro q̄ sic meruerat nō resurgēs. nullam retribucōem penitus obtineret. Preterea s̄m eundē ad omēs. tā maiores q̄ minores. i. infantes & adultos

resurrectionem pertinere generalit̄ iustū est. Vñ manifestū est cri-  
stum ih̄m a mortuis resurrexisse. Si em̄ descriptiōne bene vel  
male merendi habes. homo bñ vel male meret̄ | ergo ad prem-  
um vel ad penam resurget. Si vero minor | vel mente captus  
vel sacramentis adiutus est vel non. Si adiutus est sacramē-  
tis | cum non stat per eum q̄ actu mereatur | nihilominus glo-  
riam obtinebit. vt pt̄z ex institutionis cā baptismi supra arti-  
culo xvij. Si aut̄ non est sacramētis adiutus neq̄ opibus | re-  
surget nihilominus ad id ad qd̄ prescitus est obtentur. Cum  
igitur caro xp̄i excellentior & incompabiliter gloriosior erat:  
meritis pollens. Vnde haut dubiū est ip̄am in gloriā resurre-  
xisse. ¶ Preterea si sit resurrectio & vita hominū sit euiterna:  
potestas dei potest in eternitate vti quolibet homine | s̄m opa  
que ipse homo fecisset | q̄ si non est resurrectio | subiectum euit-  
num deficit diuine potestati: quod est impossibile. ¶ Est ergo  
resurrectio vt potestas dei habeat subiectum euiternum: qd̄  
fit de sensualitate & intellectualitate constitutum & vnitum.  
Est igitur resurrectio vt quilibet homo potestatem habere pos-  
sit ad intelligendū euiternaliter potestatem quam deus habet  
in sapientia. Et si non resurrectio: intelligeret anima: & non  
homo. Vel si anima esset mortalis | non intelligeret homo | nec  
anima post mortem suam: scilicet potestatem quam deus ha-  
bet in sua sapientia. Vnde sequeretur q̄ deus intelligeret con-  
trarietatem sue potestatis & sapientie: contra finem quare ho-  
minem creauit | quod quidem intelligere est impossibile.  
¶ Preterea si sit resurrectio | sapientia & voluntas dei extēdūt  
se in scire & amare hominem in euiternitate. Est ergo resurre-  
ctio vt sit subiectum extēse voluntati & sapientie dei.  
¶ Preterea in homine est anima & anima in corpore | et corp⁹  
& anima sunt in homine | & homo est in anima & corpore: &  
ideo homo ille qui agit vera in seipso vel falsa | per vera meret̄  
gloriam in seipso: & per falsa penā. Est ergo resurrectio mor-  
tuorum hominum | vt iusticia dei iudicet hominem in homine.  
¶ Preterea veritas dei eternaliter est in virtute | et ideo creauit  
euiternitatem | in qua veritas corporalis hominis & spiritalis



habeat virtutem contemplandi veritatem & vitam eternam. Est ergo resurrectio vt sit euiterna cōtemplatio corporalis nature & spiritualis: sine qua contemplatione: veritas dei esset sine virtute in creando hominem. ¶ Preterea in deo conuertuntur bonitas & gloria: & quoniam deus creauit hominem cum bonitate | & ad glōzificandum bonitatem hominis | & quoniam bonitas & gloria dei conuertuntur cum eternitate | cum itaq; creauit deus glōziam hominis ad eternitatez | & bonitas hominis est de sensualitate & spiritualitate. Est ergo resurrectio de necessitate vt resurrectio sit subiectum euiternum. ¶ Preterea in deo est gloria cum magnitudine: & magnitudo cum gloria | & quoniam deus creauit hominem cum gloria & ad magnam glōziam. Magna gloria hominis est: si sit resurrectio. Et si non sit resurrectio | gloria hominis in alia vita est sine vita ista corporali & sensuali sed quia in hac vita est gloria hominis in paruitate | & pena hominis hic est in magnitudine: & si non esset resurrectio deus creasset hominem ad glōziaz cū paruitate post mortem | & pena hominis esset in magnitudine post hanc vitam. & hoc est impossibile & contra proprietatez dei. Est ergo resurrectio: vt gloria hominis in futura vita eterna esset magna | maiora | maxima. ex bonitate misericordia & omnipotentia dei.

**¶ Articulus .xx. q; post hanc vitam mali homines recipient a deo iudice eternas inferni penas**

**A**X diuina iusticia malis & damnandis hominibus deputabitur. Horribilis locus scilicet infernus p; mortem innumeris & eternis penis plenus. ¶ **VIRGILIVS** maro in sexto libro eneydorum assentit ex propheta fibille. & canit penas inferni terribiles & innumeras & loca inferni distinguit. Vnde ait. ¶ **Infernas accede domos ditis .i. plutoms scilicet luciferi qui est rex infernalium spirituum. Et infra dicit. Et tenebrosa palus inferni ianua regis. Subdit.**

Tum sic orsa loqui vates sate sanguine diuum.  
Tros anchisiade facilis descensus auerm. i. infern.  
Noctes atq; dies | patet atri ianua ditis.  
Sed reuocare gradum | superasq; euadere ad auras.  
Hic opus hic labor est | pauci quos equus amauit.  
Iupiter | aut ardens euegit mettera virtus.  
Dns geniti potuere ic.  
Tunc exprimit penas peccatorum luxuriosorum.  
Coitusq; sinu labens circumuenit atro.  
Quod si tantus amor menti si tanta cupido est.  
Bis stigios innare lacus | bis nigra videre.  
Tartara | & insano iuuat indulgere labori.  
Accipe. i. cognosce ic.  
En veneris currum | gemine traxere columbe.  
Et viridi sedere solo | celo venere volantes.  
Pascetes | hic ad fauces sed olentis auerm.  
Ambe venere primis infantibus orci.  
Luctus & vltices posuere cubilia cure.  
Pallentesq; habitant morbi tristisq; senectus.  
Et metus | & male fiada fames | & turpis egestas  
Terribiles visu forme | letumq; laborq; tabesq;  
Tum consanguineus leti sopor : & mala mentis.  
Gaudia : mortiferum aduerso limne bellum.  
Ferreiq; eumendū thalami | & discordia demens.  
Multaq; preterea variarium monstra ferarum.  
Centauri in forib; stabulant | scilleq; biformes.  
Horrendum stridens flammisq; armata chimera.  
Et centigemanus briatheus : ac belua lerne.  
Gorgones arpieq; : & forma tricozporis vmbre.  
Hinc via tartarei : que fert achirontis ad vndas.  
Turbidus hic ceno vastaq; voragine gurges.  
Estuat | atq; omnem cociti eruat harenam.  
Portitor has horrendus aquas & flumina seruat.  
Terribili squalore caron : cui plurima mento.  
Canicies inculta iacet.

Hinc ferruginea subnectat corpora cymba  
 Tūc subdit maro | compando infinitam dampnatorū turbam  
 ad multitudinem foliorum de arboribus cadenciū | & ad auū  
 auolancium in autumpno propter frigus. Vnde canit sic.  
 Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat  
 Matres atq; viri defunctaq; corpora vita  
 Magnaminiū heroum | pueri | inupteq; puella  
 Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum  
 Quam multa in siluis autumpni frigore primo  
 Lapsa cadunt folia | aut ad terram gurgite ab alto  
 Quam multe glomerantur aues | vbi frigidus annus  
 Trans pontum fugat | & terris immittit a piciis  
 Cerberus hęc ingens latratu regna trifauci  
 Personat aduerso recubans immanis in antro  
 Obicit ille fame | rabida tria guttura pandens  
 Nota septē legūtur esse circuli apud iferos p̄ref cāpos eliseos  
 p̄ quos distincte sūt pene infernales q̄s virgili⁹ successiue in  
 suis carmib⁹ s̄m seruiū describit. ¶ Et primū circulū cū dicit  
 Continuo audite voces vagitusq; & ingens  
 Infantumq; anime flentes in lumine primo  
 Quos dulcis vite exortes & ab ubere raptos  
 Abstulit atra dies & funere merfit acerbo  
 ¶ Secundus circulus inferni  
 Nos iuxta falso dampnati crimine mortis  
 Nec vero hęc sine sorte date sine iudice sedes  
 Quęstor m̄nos v̄nam mouet ille silentium  
 Consiliumq; vocat vitas & crimina discit  
 Glosa dicit in v̄na sūt lapides sortiarum | quibus cognoscat  
 qualis fuit vita illorum vt secundum hoc disponat penas eo  
 rum | vt hic dicitur

¶ Tercius circulus inferni  
 Proxima deinde tenent mesti loca qui sibi letum  
 Infantes pepercere manu lucemq; perosi  
 Proicere ammas quam vellent ethere in alto  
 Nunc & pauperiem & duros perferre labores

Fata obstant tristiciq; palus innabilis vnda  
Alligat & nouies stix interfusa cohercet  
Siste gradum teq; aspectu ne subtrahæ nostro  
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem

**¶** Quartus circulus inferni

Nec procul hinc partē fusi mōstrātur in omnē  
Lugentes campi cure non morte relinquant  
Hic quos durus amor crudeli tabe pedit  
Secreti celant calles | ibi phasiphæ phædra

**¶** Quintus circulus inferni

Hinc sequitur dido phemissa laodamia coniunx  
Inde datum molitur iamq; arua tenebant

**¶** Sextus circulus inferni

Vltima | que bello clari secreta frequentant  
Hic illi tydeus occurrit hic melitus armis  
Parthonopeus & aderasti pallentis ymiago  
Tris anthenozidas | cereriq; sacrum polibetem  
Hic priamus bector agamenon tuncq; achilles  
Nec vidisse semel satis est | inuat vsq; morari  
Et conferre gradum | & veniendi discere causas  
Ad hoc priamides me scelus exiciale lacene  
Hys mersere malis illa hec momenta reliquit  
Manq; vt supremam falsa inter gaudia noctem  
Egerimus nosti & innumi memimisse necesse est

**¶** Septimus circulus inferni

Respicit eneas subito sub rupe sinistra  
Oema lata videt | triplici circūdata muro  
Et rapidus flammis ambit torrentibus amnis  
Tartareus flegeton | torquetq; sonancia saxa  
Porta aduersa mgenis solido adamante columpni  
Vis vt nulla virum | non ipi exscindere ferro  
Celicole valeant stat ferrea turris ad auras  
Thephaneq; sedens palla fucancta cruenta  
Vestibulum ex sompnis seruat noctesq; diesq;  
Hinc exaudiri gemitus & seua sonare

Verbera tum stridor ferri | tracteq; catbene ꝛc.  
 Tunc vates sic orsa loqui: dux inclite teucrum.  
 Nulli fas casto sceleratum insistere limen.  
 Enosius hic rodomantus habet durissima regna.  
 Castigatq; auditq; dolos subigitq; fateri.  
 Queq; commissa: furto letatus inani.  
 Senoz mtus habet sedem | tum tartarus ipse.  
 Bis patet in preceps tantum tenditq; sub umbras.  
 Quantus ad ethereum celi suspectus olympum.  
 Hic genus antiquum terre citania pubes.  
 Fulmine deiecti fundi voluuntur in ymo.  
 Nec non & rostroq; immanis vultur ob vnco.  
 Immortale iecur tundens: fecundaq; penis.  
 Viscera | rimaturq; epulis habitat sub alto.  
 Pectore | nec fibris requies datur vlla renatis.  
 Hic quibus inuisi fratres: dum vita manebat.  
 Pulsatus v; parens aut fraus innoxia clienti.  
 Aut qui diuitijs soli incubuere repertis.  
 Nec partem posuere suis que maxima turba est.  
 Quiq; ob adulterium celi | quiq; arma secuti.  
 Impia nec veriti dominorum fallere dextras.  
 Inclusi penam expectant ne quere doceri.  
 Quam penam aut que forma viros fortuna v; merfit.  
 Saxum ingens voluunt ali | radijsq; rotarum.  
 Districti pendent: sedet eternumq; sedebit.  
 Infelix tides phlegiasq; miserrimus omnes.  
 Admonet | & magna testatur voce per umbras.  
 Discite iusticiam moniti & non contempnere diuos.  
 Vendidit hic auro patriam: dominumq; potentem.  
 Imposuit: fixit leges precioq; rexit.  
 Hic talamum inuasit: ixtitosq; hymeneos.  
 Ruis omnes inmane nefas: ausoq; potiti.  
 Non mihi si lingue centum simul oraq; centum.  
 Ferrea vox omnes scelerum componere formas.  
 Omnia penarum per currere nomina possim.

Addit maro ex carminibus sibille penas purgatorij  
Hinc metuunt cupiuntq; dolent gaudentq; nec auras  
Respiciunt. clausę tenebris & carere ceco.

Hinc exercentur penis. veterumq; malorum  
Supplicia expendunt. alie panduntur manes  
Suspense ad ventos alys sub gurgite vasto  
Infectum eluitur scelus | aut exurit igni  
Corporee excedunt pestes pentusq; necesse est  
Vulta diu concreta modis molescere miris  
Donec longa dies perfecto temporis orbe  
Concretam exemit labem | purumq; reliquit  
Ethereum sensum atq; aure simplicis ignem

**H**omerus de bello troyano | & grecorū | facit mēcōz de infer  
Lis animas fortes | heroum tradidit orco no dicens  
Quis deus hos iussit tristi contendere ira

**C**laudianus in immozi de raptu proserpine cōmemorat flu  
mos infernales | & ducem inferni scilicet plutonem | qui est de  
us & rex demomozum. Vnde canit sic

Dux herebi quondam tumidas exarsit in iras  
Prelia moturus superis

**E**t paulo ante ait  
Inferni raptoris | equos afflataq; curru

**E**t paulo post.  
Oy quibus innumerum vacui famulatur auerni  
Vulgus iners opibus quozum donatur auaris  
Quicquid in orbe perit | quos stix luentibus ambit  
Interfusa vadis & quos fumancia torquent  
Equora | gurgitibus flegeton perlustrat anhelis

**Z**eno stoycus plus esse inferos docuit | & sedes piorum ab  
impis esse discretas | hos etiā quidem delectabiles incolere re  
giōes. Illas vero luere penas in tenebrosis locis atq; in scemi  
vraginibus horrendis. **P**lato in thymeo ait. Ob hoc ani  
ma cōiuncta est corpori | vt feneretur sciencias & virtutes. Si  
aut cū magno fenore venerit post mortem | benigne recipietur  
a suo creatore. Similautem relegatur ad inferna

Articulus .xxij. q. p. hanc vitā in futuro seculo erit vita eterna. glosa. gaudiosa. deliciosa et requies sempiterna. quā deus omnipotens liberalissimè dabit beatis iustis virtuosis fidelibus ac veris christianis. ipsi nunc amantibus et voluntate suā faciētibz

**D**ote et plū gentiliū affirmaverūt virtuosos possidere eternam felicitatem perpetuāqz leticiam post mortē temporalem. **U**nde virgilius vbi supra in sexto eneydorū postq̄ cecinit penas infernales. subiūxit canendo ex prophēcia sibille. loca bonoz iocūda et solacioza et deliciōza dices  
His demum ex actis perfecto munere diue.  
De venere locos letos et amena virecta.  
Fortunatorum nemorum. sedesqz beatas.  
Largior hic campos. ether et lumine vestit.  
Purpureo. solemqz suum sua sidera norunt.  
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.  
Quiqz sacerdotes casti dum vita manebat.  
Quiqz p̄ vates & p̄beo digna locuti.  
Inventas. aut qui vitam excoluere per artes.  
Quiqz sui memores alios fecere merendo.  
Omnibus his mīea cinguntur tempora vitta.  
Dicite felices anime tuqz optime vates.  
Que regio anchisen. quis habet locus. illius ergo.  
Venimus et magnos herēbi transnavimus omnes  
At pater anchises p̄mtus in valle virenti.  
Inclusas animas superumqz ad lumen ituras.  
Lustrabat studio.

**EXEUNO FON** in libro de syro narrat qualiter syrus maior moziens dixit. O filij carissimi nolite arbitrari me cum a vobis recessero. nusq̄ aut nullum fore. **N**ec enim dum essem vobiscum. animum meum videbatis. sed eum esse in hoc corpore ex eis rebus quas gerebam intelligebatis. **E**undem igitur in celis esse creditote. etiam si nullum videbitis.

**P**ereat igitur stulticia eorum atqz stultissima assertio. qui vitam futuram abnegant. animamqz putant mortalem sicut

democritus & epycurus. Et reuera **P**lato animam rationalem hominis. immortalem credidit. vt patet in suo phedrone. quem transtulit de greco in latinum cycero | in quo validissimis argumentis anime immortalitas asseritur | & probatur. prout narrat macrobius libro secundo de sompno scipionis. Vnde cum librum predictum platons quidam legisset dictus nomine corrobocus ambraciensis fm lactancium ambrochotes animeq; immortalitatem didicisset | e inuro se papitem dedit pre desiderio melioris vite **S**ENECA ex romans in omni sua vita socratice secte inuitator | romane sapiencie princeps | qui anteq; seipsum occideret | perlegisse platons librum dicitur qui est scriptus de eternitate animarum vt testatur lactancius libro tercio diuinarum institucionum. **I**dem in eodem. Multi ex philosophis qui animas eternas esse suspicabantur | tanq; in celum migraturi essent | credentes eternam cose qui vitam post mortem sibi ipsi manus intulerunt. vt cleantis | zeno & **PROPEDOCLES** qui se in ardentis eterne specu tempesta nocte deiecit vt cum repente non apparuisset abisse ad deos crederet. **DEMOCKRTVS** quoq; sponte sua letus caput obuius obtulit nephario homicide & scelerato hominis extinctori qui necauit eundem **TULLIUS** libro de amicitia loquens de obitu sapientissim & virtuosissimi viri scipionis philosophi & senatoris romani. Cuius merit moriendi sensum celeritas abstulit. Quo de genere mortis difficile est dictu. Quid homines suspicentur vos videtis. hoc vere tamen licet dicere. Scipionem ex tam alto dignitatis gradu quo a patribus conscriptis viris celeberrimis. senatu dimisso ad domum reductus. pridie q; excessit e vita ad suos videatur potius q; ad inferos peruenisse. Neq; enim assencioz hys qui hec nuper differere ceperunt. cum corporibus simul aias interire. atq; oia morte deleri. plus apud me scz socratis & platons & aristotilis antiquoz valet auctoritas. & nroz maior sententia. qui mortuis ta religiosa iura tribuerunt Quod no fecissent | pfecto si nichil ad eos pertinere arbitrentur



Et eorum qui in hac terra fuerunt | magnamq; greciam . que nunc quidem deleta est | cum flozebat . institutis & preceptis suis erudierunt Et eius philosophi scilicet solomis qui appolinis oraculo sapientissimus est iudicatus . qui dicebat semp ammos hominum esse diuinos . Hysq; cum e corpore exisset . reditum patere in eadum optimoq; viro & iustissimo cuiq; expeditissimum . Quodq; idem videbatur . Scypiom | hoc idem magis quasi presagiret . per paucis diebus ante mortem . cum & philus & manilius adessent . tuq; etiam scenola mecum illuc venisses . triduum differuit de re publica . cuius disputationis fuit extremum fere de immortalitate animarum . que se inquiete . & visu . i . in sompno . & visione vidisse dicebat . cum visisset affricam . Id si ita est . vt optimi cuiusq; animus in morte facile euolet . tanq; e custodia vinculisq; corporais . cui censemus cursum ad deos faciliorem fuisse . q; scipioni . Quo circa merere . hoc eius euentu . vereor ne magis sit mundi q; amici .

**E**t paulo post idem tullius ait . Quo circa per amicitiam veram & honestam . & absentes assunt . & egentes habundant . & imbecilli valent . & quod difficilius dictu est . mortui viuunt . Tantum enim eos honos . in memoria . desiderium . prosequitur amicorum . ex quo illorum beata mors videtur . Et concludit idem tullius in fine libri de amicitia . Michi inquit scipio quanq; subito per mortem ereptus est . vixit tamen . semperq; viuet . virtutem enim amavi illius viri . que extincta non est .

**SENECA** libro quinto naturalium questionum . Virtus enim ista quam affectamus magna est . non quia per se beatum est malo caruisse . sed quia animum laxat . & preparat ad cognitionem celestium . dignumq; efficit qui in consorcium deo veniat . Tunc consummatum habet homo plenumq; bonum sortis humane . cum calcato omnium malo . petit altum celum . & in interiorum nature sinum venit . Tunc iuuat inter sidera vagantem diuitum pauimentum ridere . & totam cum auro suo terram vnde versus . Nam caruisse malis non equat quem beatis . Sed mala si vites facies bona scadis ad astra . Sicq; dei mors fieri viuendo mereris . Calcatis animi vicijis digne petis

altum. Hoc est humane sortis bona plena tenere. Despicit facile sic ois gla mundi. Pro q̄ gens tota se ferro vastat & igne. **I**dem in eodem. O q̄ ridiculi sunt mortalium termini. Si quis formicis intellectum det hominis. Nonne & ille vnā aream in multas provincias diuidit. Formicarum iste decursus in angusto laborantium. **Q**uid illis & nobis interest nisi exigui mensura corpusculi. Sursum ingentia spacia in quorum possessionem annus admittitur. Et ita si secum minimum ex corpore tulit | si sordidum omne deterfit : & expeditus | leuisq̄ ac contentus modico emicit | cum illa attigit altius crescit | ac vinculis liberatus in originem redit. Et hoc habet argumentum diuinitatis sue | q̄ illum diuina delectant. Nec vt alienis sed vt suis interest : Secure spectat occasus siderum atq̄ ortus | contemnit domicilij prioris angustias | illuc dum discit quod diu quesit | illic incipit deum nosse.

In mundi circo lis est de paupre regno.

Digne ridetur quasi punctum cernimus orbem.

Est similis magna formicis turba virozum.

Distat ab illis non factis sed corpore solum.

Lata datur menti | possessio summa petenti.

Sordida si terfit & secum nil graue sumptum.

**I**dem. O homines centrum est in quo navigatis. punctus ē pro quo litigatis. infinita sunt celi spacia que non curatis.

**P**LATO in phedrone dicit. q̄ viri contemplatiui sedes celestes post mortem accipiunt : in quibus deorum felicitate potiuntur.

**I**SAAAC philosophus in libro de distinctionibus dicit. Anime bonorum post mortem gaudent felicitate diuina | cum diu viuentes in magna leticia. Mali autem tristi orbe deprimuntur | magno ignis incendio concrematuri.

**E**t omnes philosophi stoyci posuerunt vitā post hanc vitā. patet per Scipionis sompnum | qui post mortem apparuit | et multa miracula expressit & diuina oracula. vt dicunt macrobius et tullius dicti sompni interpretes.

**C**ARISTOTILES in libro de somno & morte asserit & predicat suis discipulis vitam fore post hanc vitam. dicens. Sancta est anima que non

est infecta prauis operationibus huius mundi. Et subdit rationem ibidem philosophus. quia habet posse ad locum redeundi a quo exiuit. Et infra. Ve anime peccatrici que nō habz posse ad creatorem suum redeundi vnde venit. quia turpia opera & delectationes corporis impediunt ascensum eius sursum.

**I**dem libro primo de celo de mundo ait. extra celum nihil ē neqz locus neqz tempus. neqz vacuum: sed vltra superficiem superioris id est supremi orbis continentis totum: illic est vita fixa sempiterna in secula seculorū. que neqz finitur neqz deficit: & est melior vita hac. ac vita nobilissima.

**I**dem primo ethicorum tractatu secundo capitulo octauo et nono in littera vult. qd opera bona filiorum et pronepotum subueniunt patribus mortuis. Et ibidem dicit. Fortune amicorum & diffortuna redundant in mortuos. licet fragiliter & debiliter. Et p̄ pauca in eodem innunt. qd bona opera & virtuosa conferūt aliquid mortuis. similiter mala: non tamen ita qd possunt mutare omnino eorum qui per mortem defecerunt suas felicitates vel infelicitates.

**I**dem aristoteles tercio libro de anima dicit. qd intellectus humanus est perpetuus & immortalis. apte p̄ & ideo anima rationalis nunq̄ est sine vita post seperatione a corpore. igitur est vita post hanc vitam.

**I**dem. xij. libro methaphisice. Anima rationalis manet post suum compositū. Et hoc nō esset verum nisi esset vita p̄ hanc vitā.

**I**dem in libro de pomo et morte ait. Plures sapiētes sūt qui multipliciter sūt in sciētijs scz liberalibz. et intelligētijs scz celestibz. & didicerūt doctrinas scz quo ad vtutes. & cognouerūt creatore suum. hī habebūt p̄mum boni scz summi. & pacis scz eterne: & hoc non potest fieri in hac mortalitate & miseria. sed in futura vita.

**I**dem ibidem. Sapiens ex quo mortificauit delectationes corporis & mundanos. que sunt despecte & viles: exultare debet & letari in tempore mortis sue: quo anīa sua appropinquat creatori suo. & delectatur in claritate & hylaritate sua. quomam non timet appropinquare se sibi. nec contradictorem inuenit nec repulsozem.

**S**ENECA in epistola centesima octaua dicit. *Oris viri virtuosi: eterni natalis est dies.*

**DEMAS** philosophus | vt ait valerius maximus libro .vij. de memorialibus dictis romanorum . atheniensibus honorem alexandro magno exhibere volentibus ne deuastaret se suaq; ac ciuitatem . Videte inquit | ne dum terram consideratis celum amittatis .

**BALAAO** propheta gentilis orabat & optabat dicens . numeri . xxij . Moriatur anima mea morte iustorum .

**HERMES** philosophus in libro de verbo eterno capitulo ultimo | dicit animam rationalem esse immortalem | et concludit | animam bonam & virtuosam deo coniungi post mortem

**MACROBIUS** libro de sompniis scipionis circa exordium ait | beatos eterna gloria frui . **Idem** senecunt algazel quarto philosophie sue capitulo ultimo . Et ptholomeus in primo prologo almagisti . Et albumazar in .vi . articulo introductorij differentia . xvi . Et auicenna . viij . libro sue metaphisice .

**TULLIUS** libro de senectute . Non est inquit lugenda mors quam immortalitas consequitur . **Idem** in tusculanis questionibus libro primo . Nemo vnquam sine magna spe immortalitatis se pro patria offerret ad mortem . Et nescio quomodo inheret mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum . Idq; in maximis ingenij & altissimis animis . & maxime existit . & apparet facillime . quo quidem dempto scilicet augurio futurorum bonorum . quis esset tam amens qui semper in laboribus & periculis vinceret . quasi diceret nullus

**Idem Tullius** . In libro de senectute . Cum inquit in hys inclusi corporis compagibus sumus . munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur . Est enim animus altissimo idest profundissimo domicilio depressus et quasi demersus in terreum locum | diuine nature eternitatq; contrarium . O preclarum diem . cum ad illud diuinum ammoru concilium cetumq; proficiscar . Cuiq; ex hac turbe colluione discedam . proficiscar enim ad viros sapientes . & ad cathonem meum precipue cuius corpus a me crematum est . Quo nemo vir melior natus est . nemo pietate prestancior .

**Idem tullius** . In phillipita . xiiij . Breuis vita a natura nobis data est . sed memoria bene acte vite sempiterna . Que si non

esset longior q̄ hęc vita. quis esset tam demens qui maximis laboribus & periculis ad summam laudem gloriãq; contendere. quasi. d. nullus. ¶ **I**dem in libro de paradoxis. Mors inquit terribilis est hys quorum cum vita omnia extinguunt non illis quorum laus emori non potest. ¶ **I**dem in tusculanis questionibus libro primo. Nulla est inquit celeritas que cum celeritate animi possit contendere. Qui manet incorruptus. suiq; similis necesse est | vt ita feratur | vt penetret & diuidet omne celum. ¶ **H**inc itaq; ista demum sedes naturalis erit. cum ad sui simile penetrauerit. In quo nulla re egens | aletur & sustentabitur eisdem quibus astra. i. intelligencie sustentantur. ¶ **C**unq; inquit corp⁹ facibus ad omnes cupiditates inflamari soleamus | profecto beati erimus si relictis corporalibus & cupiditatum emulationūq; expertes fuerimus. totosq; nos in contemplandis rebus perspicendisq; ponamus. Quia innata est mentibus nostris insaciabilis quedam auditas | vidēdi scilicet deum verum & fontem veritatis. Que precipue visione fruuntur | qui tunc etiam cum has terras incolentes caligine circumfusi erant | cum acie mentis conspiciere cupiebant.

**EXERCITIVS** trimegistus ad asclepium. Nos inquit piissimis vitis optamus. si diuine placeret pietati | vt nos inuidana custodia absolutos | superioris partis nostre sue nature restituat. Et hęc est merces pie sub deo diligenter cum deo uentibus. Cum igitur mors est separatio corporis & anime hominis. ¶ **V**tranq; partem scilicet. superiorem & inferiorem sue nature restituit. Nam terre debetur corpus | cū ex illa plasmatum fuerit | celis autem immortalibus immortalis anima debetur | hęc seneca libro sexto de naturalibus questionibus

¶ **I**dem seneca ad lucillum epistola vicesima. ¶ **O** inquit quando ille veniet dies | quando nemo in honorem tuum mendicatur. ¶ **H**uc ergo cogitationes tue tendant | hoc cura hoc opta.

¶ **I**dem in epistola septuagesimatertia. ad lucillum. ¶ **M**iraris hominem ad deos ire | & deus ad homines venit | ymmo in homines | nulla enim bona mens sine deo est.

**I**dem ad paulum apostolum epistola sexta. Feram? equo animo | & utamur foro qd fors accessit | donec inuicta felicitas finem malis imponat. **I**nsuper mercurius trimegist? asclepio dicebat | & asseribat post mortē vitam eternam bonis deum daturum. **Q**VINTILIANVS libro quarto causarum causa quarta Siquis sciat quis sit finis bonorum | que vera felicitas nunq̄ sibi videbitur priuatura morte periturus.

**C**OVIJVS libro tercio methamorphoseos ait **U**ltima semper expectanda dies hominū ē dicitq; beatus ante obitum nemo | sup̄ma tempora debet. **E**cce quātis testimonijs gentiliū | tā philosophorū q̄ poetarū | vita futura post mortē predicatur & sperat̄. Si itaq; innumerabiles pagani olim se morti spēte subiecerūt. Si pro republica tuenda corpori proprio non pepercerūt | aut amentes fuerūt quod absit | cū essent iusti & sapientes virtuosiq; | aut future glorie iocunditatez : & iocunde anime perpetuitatem sperauerunt & expectauerūt **O** igitur q̄ infelices qui post mortem animā cū corpore euanescere & mori crediderunt.

**C**AELIO philosophus. Felices ob-eunt : quorū sine crimine vita est. **E**PEDOCLES. Tria sunt in tota rerum varietate precipua : scilicet mobilis affluente contemptus | future felicitatis appetitus : mentis & illustratio. Quorum primo nihil est honestius. secundo nihil felici? scio ad aēborū adeptiōz n̄l efficaci? **H**ec allegat aristotiles in libro de vegetabilibus in prologo. **T**VLLIJS in oratione sua | pridie q̄ exiret in exiliū | p̄ntes inquit fructus negligamus | posteritatis glorie seruiam? | speramus quod volumus | quod acciderit feramus.

**A**CTOR.

**N**unc rationibus probabo vitam esse perpetuam pro iustis post hanc mortem : & mortem eternam penalem pro malis hominibus & iniustis. **P**rimo sic. Nam ut dicit philosoph? in libro de somno & morte. Philosophia ducit homines ad gradus altissimos ac diuinos | sed illos gradus .i. ascensus ad deum | homo non obtinet in hac vita | ergo in futura gloria minor patet. quia videmus ad experientiam q̄ cum aliquis adeptus est philosophiaz cum magno labore

moriturus vel efficitur debilis aut senex & decrepitus multimo  
 dis incommodis & miseris senectutis plenus & grauatus est.  
 ergo. philosophus probat minorem ibidem. Vnde ait. nemo  
 sapiens timet mortem. que est via & recessus anime humane  
 recedentis a corpore ignaro ad comprehendendum gradus di  
 uinos. i. ad cognoscendum ascensus dei. igitur post mortem  
 comprehendit anima philosophi hos gradus. per consequens  
 erit vita futura post hanc caducam miseriam. ¶ Secundo sic  
 Si non esset ponenda vita post hanc mortalitatem. sequer  
 retur q̄ illi qui felicitatem acquisierunt cum maximo labore.  
 minus premium haberent q̄ illi qui sine sudore. ¶ Tercio se  
 queretur q̄ homo esset nunq̄ vere felix nec ante mortem nec  
 post. Non ante. quia tunc est subiectus laboribus & penali  
 tatibus. & quia felicitas excludit omne malum. ¶ Preterea si  
 non esset vita post hanc vitam. sequeretur q̄ aliquod malum  
 maneret impunitum. & bonum hominis irremuneratum. quod  
 derogat diuine iusticie. p̄batur assumptum seu sequela. quia  
 aliqui mali & iniusti (quorum forte infinitus est numerus) in p̄  
 senti vita in magnis prosperitatibus sunt. & viuunt vsq; in  
 finem vite. & sic pro malicia sua non puniuntur in presenti vi  
 ta. s̄m sua demerita vt vsurarij. adulteri. raptores. homicide.  
 Neq; in futura quia illa non est. Et iusti pro virtutibus & bo  
 nis operibus. aliqui t̄m aduersitates. tribulationes. egestatem.  
 persecutionem a malis paciuntur. & nullum premium percipi  
 unt in presenti vita. ergo. ¶ Etiam diuites huius seculi de bo  
 nis exterioribus voluptatibus & honoribus gaudent que s̄nt  
 premia huius mundi & premantur. quas diuicias & delici  
 as veri philosophi non habent. quia vt dicit philosophus in  
 libro de p̄mo & morte. Philosophus mortificauit omnia de  
 sideria huius mundi in comessatione & honore. Si ergo p̄s  
 nullam remunerationem de suo labore expectare posset post mor  
 tem. inconueniens esset felicitatem humanam in operibus p̄hie. & non  
 in diuicijs consistere. Sed q̄ etiam aliquod bonum manet  
 irremuneratum patet. nam posito casu q̄ sortes moraliter ac  
 bene & iuste moriatur pro re publica. siue pro utilitate &

actu reipublice tūc ille actus virtuosus & vere fortitudinis nō remunerat nec p̄miat in p̄nti vita nec in futura. qz ista nō est.

**E**pilogatio omnium articulorum predictorum.

**C**olligimus fidem nostram ex dictis philosophorum et carminibus sibillarum. Vnum deū necesse esse & hūc eternum esse & primam causam omnium aristotiles in xij. libro sue methaphisice & in viij. phisicorum libro sufficienter demonstrauit. & hoc quo ad primum articulum. **P**reterea tres esse personas in vnitae diuine essencie affirmauerunt mercurius trimegistus hermes & porphirius. quo ad secundum articulum. **D**eus vnus verus & viuus est colendus: amandus adorandus pura mente. non iupiter nec saturnus n̄ mars neqz venus aut dyana. non ydola. non sol vel luna neqz mundus. Docent hoc nos socrates. plato. & empedocles ac bragmanni: & multi reges gentium. quo ad articulum terciū. **Q**uod deus sit omnipotens. omnia sciens. presentia. preterita & futura. occulta & aperta. Aristotiles. Apuleius. **T**ales philosophus & Seneca confessi sunt. quo ad quartum articulum. **Q**uod deus creauit mundum hunc & angelos & homines et cuncta que esse habent viuere & sentire. Plato diuinus. Hermes Proclus. Cicero. Tullius & Galienus pro veritate hoc senserunt & scripserunt. quo ad articulum quintum. **P**reterea animas humanas esse immortales. Plato. Seneca & Aristotiles disputauerunt: & fideliter intellexerunt ac diffinierunt. **C**ontra. Democritus. Epicurus errauerunt. qui animas cum corpore perire & mori argumentati sunt: et futuram vitam negauerunt. quo ad articulum sextum. **I**tem Ariston. Catto. Socrates et Plato discernunt homines nasci ad virtutem capescendam. Igitur falsus et execrandus est aristipus. qui hominem voluptati tanq̄ pecudem subugauit. quo ad articulum septimum. **P**reterea quod deus homo factus est. & ex v̄gine natus. et cū hominibus conuersatus. miraculis et prodigijs vt verus deus.



mundo demonstratus | tandem passus | fustigatus | flagellis ce-  
 sus | spinis coronatus | cōsputus | collaphisatus | & alapisatus.  
 demū cruci affixus | mortuus | resurrexit | & celos ascendit. ¶ In-  
 de venturus est iudicare vivos & mortuos. i. bonos & malos  
 omnes quasi sibilis cecinerūt quo ad articulū octauū. ¶ Prete-  
 rea esse inferos | & sedes piorū ab impijs esse discretas | hos etiā  
 quidā delectabiles incolere mansiones & regiones. Illos ve-  
 ro luere penas in tenebrosis locis | atq; in scem vragimbo hoz  
 rēdis. Aeno stoyce? Plato diuin? Macrobi? Seneca. Tul-  
 lius docuerūt | & in suis scriptis posteritati fideliter reliquerūt  
 quo ad articulū nonum. ¶ Postremo resurrectionem omniū ho-  
 minū generalem fieri in fine mundi | & esse possibilem | ommpo-  
 tentia dei possificat. i. possibilem facit | ratio dicat humana | et  
 anima creaturarum | herbarum | & arborum renouacio figurat.  
 & multorum iam mortuorū resuscitacio verificat | & fides xpi-  
 anorum approbat. Necnon scriptura tam iudeorum q̄ paga-  
 norum confirmat. quo ad articulum decimum. ¶ Hoc est igit̄  
 fides catholica a xpo reuelata | ab apostolis p̄dicata | a sanctis  
 martiribus testificata | a confessoribus & ecclesie doctoribus appro-  
 bata & collaudata | a virginibus sponis xpi castissimis con-  
 fessa & non negata | & a tota ecclesia confirmata | quā nisi quis-  
 q; fideliter firmiterq; crediderit | saluus esse nō poterit | sed abs-  
 q; dubio meternum peribit | & cum corpore & amma post ex-  
 tremum iudicij vniuersalis diem | ad stigia inferni ibit | cum de-  
 monibus ibidem perpetue penā eterni ignis luiturus. Ob quā  
 rem vt ad finem huius libelli tendere valeam? taliter materiā  
 singulorum articulorū concludamus. Pater noster p̄ssimus  
 ac domn? celi | terreq; conditor | perspectis erroribus hominū  
 ducem misit | qui nobis viā iusticie & veritatis panderet. qua  
 itur in vitam eternam | et ad gaudia celorum sempiterna. Hūc  
 sequamur omnes | pauperes pauperrimum | obediētes obedi-  
 entissimum. casti castissimum. paciētes patientissimum in pas-  
 sione & cruce. iusti iustissimum. veraces veracissimum. Hūc  
 dñm nostrū ihesum xpm verum deū et hominē mundi saluato-  
 rem & propiciatorem audiamus. Hūc deuotissime paream?.

Quoniam solus vt ait lucretius philosophus  
 Veridicis hominum purgauit pectora dictis  
 Et finem statuit torpēdinis atq; timoris  
 Exposuitq; bonum sūmum quo tendimus omnes  
 Quid foret atq; vitam monstrauit limite prono  
 Quo possemus ad id recto conscendere cursu  
 Nec monstrauit tm̄ sed etiam precessit | doctrina | vita | & exem-  
 plo | ne quis difficultatis gracia . iter virtutis horreret . **D**ese-  
 ratur igit̄ si fieri potest via perditionis lata & spaciōsa & frau-  
 dis | in qua mors voluptatis illecebris operata . Et quādo quis  
 q; annis in senectute vergentibus | ap̄propinquare cernit illum  
 diem | q̄ sit ei ex hac vita emigrandum | cogitat q̄ purus ab-  
 scedat | q̄ innocens ad iudiciū veniat . Quīdam heu instāte  
 vltimo etatis tempore | ardentius hauriendis libidīnibus mtē-  
 dant . Quare ex voragine concupiscēcie se liberet quicūq; | dū  
 licet | dum facultas adest | dum adhuc corporis viribus palpi-  
 tat | seseq; ad deum | tota mente conuertat | & veniā petat | emē-  
 dationem pmittat | non timore inferni | sed amore celi & dei .  
 vt illum diem securus expectat | quo p̄ses | dominusq; mundi  
 deus | de singulorum factis cogitatibusq; iudicabit . Ille tunc  
 copiosus | ille opulentus apparebit | & occurret iudici in morte  
 sua | cui astabunt | fides | spes | & caritas | misericordia | continen-  
 cia | paciēcia | iusticia | & castitas | aut virginalis | vidualis | vel  
 coniugalis . Hec est hereditas nostra . que nec eripi potest nec  
 corrūpi . nec cuiq; trāsseri ad alterū potest . s̄ hys vnusquisq;  
 regnū meretur celorum eternaliter possidendum . Amen

Opusculum in signe de philosophorum in formi fide . radicātū  
 in lumine naturali contra infideles . iudeos & paganos . fuit  
 feliciter . **L**aus **D**eo **C**lementissimo .

Impressum per Fridericum Creūßner de Nürmberga . Anno  
 domini . Milleſimo . CCCC . LXXVij .









Feb. 1930

FRIEDRICH CREUSSNER

ATTESTATIO. Radicalis attestatio fidei orthodoxae.

1477.

Hain\*1908; Pellechet 1416; Pollard, part 2, p. 448.

Printed with semi-gothic characters. The format is quarto, with 35 lines to a page. A complete copy consists of 88 leaves, the first and last blank. In the Library's copy these two blank leaves

and the first leaf of the text are wanting. The size of a leaf is 280 × 202 mm., and the text measures 195 × 121 mm. Each chapter begins with a large initial, alternately in red and blue.

The work has been variously attributed to Walter Burley, Ramon Lull (Raymundus Lullus), and several other medieval writers.

The purpose of the author was, as he states in the prologue, to vindicate the truth of Christianity against the Jews, Mohammedans, and pagans. He accomplishes this task not by quotations from the Scriptures, but by the writings of the pagan poets and philosophers themselves — which gives a certain originality to the book. Besides prologue and epilogue, the work consists of twenty chapters.

Bought in February, 1901.

